



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

Tractatus IV. De Absolutione Sacramentali, & etiam moribundus sensibus  
desitutis largienda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

cuerint, attento solo decreto capituli: *Ciam infirmitas, de paenit. & remis.* illorum tamen ratio locum etiam habet post motum proprium Pij Quinti, nam si ea desertio est contra charitatem, nihil contra charitatem intendere debuit Pius Quintus in suo motu proprio. Ita Fagund. cui additum *Fragosum de Republica tom. I. l. 5. diff. 1. 3. §. 9. n. 222.* Escobar de Mendoza in *Theol. mor. tr. I. exam. 7. c. 3. n. 86.* in fine.

5. Non deseram hic obiter adnotare, aliquos docere teneri Medicum per se, vel per alium nunciare mortem infirmi, quam praecongit cito, & certo venturam, quando talis prænuntiatio proderit valde anima infirmi, nec adhuc disposuit de bonis suis, & confitebitur si forte habuerit conscientiam de mortali, in quo evenit tenetur; secus si probiliter credit, quod prænuntiatio mortis parum, aut nihil pro-

*In indice primo hujus Tom. I. Legi Apendicem ad hunc Tract. III. Vbi invenies alias plures difficultates missas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Res. qua simul pertinent ad hunc Tract. III. de Sacram. Paenitentie.*



## TRACTATUS QUARTUS DE ABSOLUTIONE SACRAMENTALI.

*Et etiam moribundis sensibus destitutis largienda.*

### RESOL. I.

*An Confessarius absolvens aliquem sine jurisdictione, teneatur monere paenitentem de defectu?*

*Idem est, si sine sufficienti dispositione paenitentis eum absolvit, aut non obligavit ad restitutionem faciendam ad quem debebat illum obligare.* Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. Ref. 9.

Sup. hoc pri-  
mo casu ut  
in annota-  
tione posita  
infra in §.

Sed hanc, &  
signanter in

§. Hec om-  
nia hujus

Ref. Pro secundo

casu in §.  
aut sine sufficienti dispositione paenitentis; aut non

Sed. hujus  
obligabat ad restitutionem faciendam, ad quam de-  
bet. Ref. ad lin.

11. & §. ul-  
faciet, quia putat se non esse obligatum ad illam fa-

Pro tertio

casu infra

§. sed hanc.

hujus Ref. &

magis latè

intra in tr.

§. Ref. 2. &

fessarium ad aliud significandum paenitenti; sed

sufficere, quod satisfaciat Deo pro proprio peccato,

eius not.

Sup. hoc  
infra in fine

Rei. & in

§. ejus

anno.

Sup. hac bo-

laram do-

ctrinam in-

fra Refol. 9.

per toram, &

quod absolverit male.

aliarum ejus

notationum,

quia tum periculum damnationis aternæ paeniten-

futura sit infirmo; eo quod de bonis anime, ac fortuna jam disposerit; tunc enim damnata erit corpori, semper tamen bono corporis, bona anima sunt preferenda. Ita Joan. de Neap. quodl. 1. 1. quem sequitur Tabien. verb. *Medicus n. 1 s. & Sylvest. eod. verb. n. 4. vers. quartum*, ubi subdit ad id teneri Medicum, etiam quando dubitat an haec prænuntiatio profutura sit, necne, quia in dubio debet, si potest commode homo avertire à proximo suo damnum notabile. Quare non est standum dicto Galeni, dicentis Medicos erga infirmos deploratos debere semper sanitate spondere, quia hoc non procedit, nisi quando nunciatio esset valde nociva: vel potius dicendum est Galenum fuisse loquutum tanquam concilium viæ temporalis, & omnino vitæ spiritualis ignorans. Sic Sylvest. suprà. Vide Fragos. ubi supr. n. 224.

5. Non deseram hic obiter adnotare, aliquos docere teneri Medicum per se, vel per alium nunciare mortem infirmi, quam præcongit cito, & certo venturam, quando talis prænuntiatio proderit valde anima infirmi, nec adhuc disposuit de bonis suis, & confitebitur si forte habuerit conscientiam de mortali, in quo evenit tenetur; secus si probiliter credit, quod prænuntiatio mortis parum, aut nihil pro-

tis sufficienter obligaret Confessarium ad significandum defectum proprium.

6. Dices cum Ioanne, Medina, Soto, Corduba, Valquez, Suarez, quos sequitur Cardinalis de Lugo, eum qui est causa alicui non observandi præcepti divini propter ignorantiam quam cauavit in ipso, lebere tollere illam ignorantiam, praesertim si potest sine gravi damno. Sed Confessarius sic absolvens, est causa cur paenitens non confiteatur validè sua peccata, ut tenetur ex præcepto divino; quia putans se validè absolutum, ignorat se teneri ad confitenda iterum ea peccata: ergo.

7. Probatur major, quia si quis diceret alicui obligato ad audiendum Misam, quod non esset obligatus, aut quod fornicatio simplex non esset prohibita, deberet postea significare contrarium.

8. Rerpondo, distinguendo majorem, quando non observavit illud præceptum sufficienter, quantum est ex parte sua concedo, quando observavit, nego majorem, & consequentiam, quia paenitens in nostro casu jam satisfecit, quantum est ex parte sua, præcepto de confitendis illis peccatis. In casu autem Misam, & fornicationis non solum non observabit præceptum, sed committeat aliquid oppiduum.

9. Posset etiam distinguiri major alio modo, quando periculum esset, quod si non tolleret ignorantiam, alia similia peccata laepius committerentur, aut venirent in cognitionem erroris illius, qui cauavit ignorantiam, aut aliquid alium detrimentum grave succederet, concedo; quando non, nego.

10. In casu autem ignorantiae de obligatione audiendi Misam, & fornicationis, & de prohibitione fornicationis, illud periculum esset, non verò in causa confessionis invalidæ ex defectu jurisdictionis in Sacerdote. Hanc responsionem præfero priori, & videtur mihi valde notanda. Hucusque Pontius; cui additum Ioannem de Soria in epilogi summarum p. 2. tract. 1. scđt. 1. disp. 6. §. circa casua reservatoris, cuius verba alibi adduxi.

11. Sed

# De Absolut. Sacramentali. Resol. I. &c. 223.

11. Sed hanc sententiam ego alibi non admisi, & nunc iterum non admitto, et enim contra communem sententiam Doctorum, demptis aliquibus, & ita me citato tenet Leander de Sacram. tom. I. tr. 5. disp. 11. q. 134, unde in re tam gravi non gravabor in his apponere verba sapientissimi Jacobi Granadi num. 5. Tertius (asserit) defectus committi potest in aliquo essentiali sine quo Sacramentum penitentiae fuit nullum, ut si penitens absolutus eset sine dolore requisito, aut Confessarius absoluisset sine iurisdictione; & tunc non est dubium, quin teneatur Confessarius vocare penitentem, & petitam licentia detegere veritatem, & curare ut legitime confiteatur; excusari tamen aliquando posset Confessarius ab hac obligatione, si inde refutaret sibi damnum, quod praeponderat, ut bene Suarez scilicet 6. mmm. 7. notat autem Ledesma in tractat. de penit. cap. 22. dub. 6. tam pro hoc casu, quam pro aliis, in quibus tenetur Confessarius monere penitentem, petendam esse ab eo licentiam (nisi forte iuramentum ad confitendum eidem reverteretur) quia sine illa non potest agere cum illo de rebus in confessione jam peractis extra confessionem: unde si nolit penitens eam concedere, liber erit Confessarius infra iurius ab obligatione, quod ego verum puto saltem, quando Confessarius nihil positivè dixit penitentem, unde proveniret damnum tertiae personae, nam si disxerit male fide, & peccando lethaliter, cum non tenuerit ad restituendum, videbitur Confessarius obligatus ad restitutionem, si penitens non restituat. Si vero id dixit bona fide, & non peccando lethali, non tenebitur ad restituendum; addit etiam Ledesma, & bene, si penitens sit absens, monendum esse per litteras a Confessario, dicente se habere negotium non levis momenti, quod cum illo tractari oportet, & obtenta licentia tractabit, non verò aliter.

12. Hac omnia Granadus loco citato; addam etiam hic verba Remigij in pract. confess. tr. 5. c. 5. 20. n. 3, ipso in ubi sic ait: [Quando el confessor absolvio el penitente de algunos casos reservados sobre que no tiene autoridad, deve procurarla del superior, y pedir licencia del penitente para habrante acerca de su confession y absolverle, si esto se puede hazer sin scandal, el scandal porque alias le ha de dexar en su buena fe; y como dice Henriquez, no avisarle nada de su absolucion invalida, porque se puede creer que ya esté in gracia, por la que dió el confessor de los pecados, sobre que tenía autoridad, y jurisdicion directa, y de los reservados indirectamente. Fuera de que semejante persona se ha de constituir en gracia por otra confesion con qualquier Sacerdote que la haga, haciendole de atrito contrito, y consequentemente no padecera ningun daño espiritual de la absolucion antecedente. Es tambien buen consejo, que el confessor que cometio algun erro en la confession, procure si el penitente se viene a cafo a reconciliar, dezirle dissimuladamente, se acuse de todo lo que otra vez se acuso y absolverle; nam hoc satis est, ut nova absolucion cadat in totam illam materiam superiore, que illi uno verbo sufficienter nunc explicantur. Bien es verdad que si el penitente estuviese enfermo, y cercano a la muerte quedaria el confessor obligado el avisar le del defecto cometido, y azer que le confessasse nuevamente por amor del peligro de su alma, si muriese con la inualida absolucion.] Ita ille,

13. Nota verò, quod etiam est tenendum ex Ponto, ubi supra n. 150. Quantum ad defectum Confessarij; ex eo quod ejus culpa penitens non significaverat omnia sua peccata, aut circumstantias ex fe-

necessarias; si defectus fuit talis, ut ejus occasione penitens verisimiliter committeret similem errorum iterum, ut Confessarius diceret, non esse necessario exprimendas circumstantias mutantates speciem, aut numerum peccatorum; tenetur admonere penitentem si absque gravi detimento poterit, sive culpabiliter, sive inculpabiliter committit defectum; quia hoc exigit charitas, ut scilicet caveat errorum proximi in re tam necessaria, praesertim cum ipse fuerit causa ipsius. Exculsat autem ad hoc grave detimentum, quia illi errori potest caveri in aliis confessionibus per alium Confessarium, quem credibile est non omnium interrogare de similibus circumstantiis, aut numero, si ipsem penitentem omittat illa specificare.

## RESOL. II.

*An sit valida absolutionis sacramentalis collata sub conditione de praeterito, vel futuro?*  
Et an si quis impenderet absolutionem sacramentalem dicendo: Ego tibi peccata remitto, condono, remittuntur tibi peccata: Sacramentum absolutorum tibi impendo, an, inquam, peccat mortaliter? Ex part. 11. tract. 4. & Misc. 4. Ref. 18.

§. 1. R Epondeo cum communī, quod sic modo conditio sit de praeterito, aut præfenti de re que verò est, vel fuit, ut absolvio te si habeas dispositionem requistam si possim te absolvere; si restituisti heri quod debebas.

2. Ratio est, quia talis conditio nec suspendit effectum Sacramenti, nec reddit penitentem incertum alio modo quam esset incertus si daretur absolutione sine illa conditione, & præterea, de facto datur quandoque Baptismus cum conditione, si non si baptizatus.

3. Exstimo tamen non valere formam cum conditione de præfenti, aut præterito de re, cuius existentia non potest moraliter cognosci nec à Sacerdote, nec à penitentem, cum tamen si daretur absolutione magis essent certi de absolutione; v.g. si quis diceret: Ego te absolvio, si Alexander Magnus fecit aliquid, de quo nulla habetur notitia in historiis, aut si Magnus Turca jam dormiat: nam & absolutione data cum talibus conditionibus esset ridicula, nec est verisimile quod Deus instituerit pro forma Sacramenti formam ridiculam.

4. Et præterea forma Sacramenti debet esse ex natura sua talis, ut explicacione ipsius si cognoscatur, Ecclesia, & ipsem penitentem, ac Sacerdos absolvens possit moraliter cognoscere Sacramentum validè collatum fuisse, modo penitentis fuerit bene dispositus.

5. Si verò conditio sit de futuro, ut absolvio te si das restituiris; aut absolvio te, si sol das oriaris; aut si Antichristus sit futurus; major est in resolvendo difficultas.

6. Hiquaenam existimat conditionem de futuro, quod certo cognoscitur pro presenti futurum, non impedit validitatem absolutionis; eam verò, quae est de futuro incerto impedit.

7. Conink verò, & Cardinalis de Lugo putant utramque esse invalidam, quia utraque aequè suspendit effectum Sacramenti.

8. Sed contra, nam conditio de futuro certo: ut dicam, non ita ex natura sua suspendit, quin Ecclesia possit colligere reum esse absolum, & revera illa conditio si Antichristus sit futurus, aequivalat huic: si verum sit, quod Antichristus sit futurus; Unde conditio est de præfenti veritate futuritionis.

T. 4 Antichristi,

Antichristi, quamvis dicatur esse conditio de futuro, quia objectum ipsius est aliquid futurum, conditio vero de futuro incerto suspendit effectum, quantum ad cognitionem quam posset habere Ecclesia ex natura formae, sicut conditio de praesenti, si Turca dormiat.

9. Itaque existimo cum Hiquao, conditionem de futuro certo nullo modo impide validitatem formae ex eo, quod si de futuro tali praeceps, nisi aliunde ex ridiculitate conditionis, ut dixi supra colligeretur, quod non deberet existimari forma valida.

10. Quantum autem ad conditionem de futuro incerto, ut si cras restitueris te absolvio, sentio cum communi, quod invalidet absolutionem, quia licet, ut paulo ante dixi de altera conditione, illa aequivaleat, si verum sit, quod restitueris, qua conditio est de praesenti, & cognoscitur a Deo esse ex suppositione futuritionis; tamen quantum ad cognitionem, quam vel Confessarius, vel penitens, vel Ecclesia potest habere, non potest sciri, quod penitens est pro praesenti abolutus cum ulla morali certitudine, etiamque est bene dispositus, & absolutione data a Sacerdote cum debita intentione, forma autem valida Sacramenti hujus, & aliorum omnium saltem praeter matrimonium, debet esse talis, ut ex natura ipsius, supposita dispositione sufficientis, & legitima applicatione ipsius per Ministrum, possit Ecclesia cognoscere, quod fortius in praesenti effectum.

11. Nec obstat dicere cum Eminentissimo Domino meo Cardinali Lugo, quod sicut consensus conditionalis mariti ducens mulierem, si ipsa confenserit, transit in absolutum, nisi retractetur posita conditione, & tunc confertur gratia mediante matrimonio; ita absolutione data cum conditione de futuro, dabit effectum posita conditione, & tunc fiet validum Sacramentum.

12. Respondeo, negando consequentiam, quia posita conditione illa, a qua dependebat consensus mariti, ponitur de praesenti materia & forma ejus, quae est mutua utriusque contrahentis consensu, absque alio impedimento, ut supponitur, consensus quidem mulieris actu & realiter; consensu vero viri ad minus mortaliter; Unde non est mirum, quod tum contrahatur validè matrimonium, & fiat Sacramentum illud validè: sed conditio futuri posita in absolutione conditionalis non est nec materia, nec forma Sacramenti, nec consequenter ea posita applicatur materia & forma, sed illa applicata fuere antecedenter; Unde antecedenter deberent causare gratiam, & constitui Sacramentum, unde si tum non constitutum validum, nec contulerint gratiam, posse a non debebant alterutrum facere, nisi posse applicantur; sicut enim, in ipso matrimonio non constituitur Sacramentum, nisi quando actu applicantur: ita nec in aliis Sacramentis debent actu constitui, nisi quando actu applicantur.

13. Et hac omnia docet Joannes Pontius in cur. Theologia disput. 46. quest. 2. conclus. 2. num. 15. Vide Leandrum de Sacram. tom. 1. tract. 5. disput. 2. quest. 23. cum seq. Castrum Palaum tom. 4. tract. 23. punct. 5. num. 9.

Sup. conten.  
to in hoc &  
dum hac scriberem fui interrogatus, An si quis im-  
legg. §§. legi  
infra doctri-  
nare Ref. 8.  
mitto, condono, remittuntur tibi peccata, Sacra-  
mentum Ref. 8.  
per totam, tum absolutione tibi impendo, An inquam peccet  
& signanter  
§. ult.

14. Notandum est tamen hic obiter casus, de quo, quando forma non redditur dubia, non committi peccatum mortale, seposito scandalo, ut Sotus in 4. dis. 14. quest. 1. art. 3. in fine, & Valentia tom. 4. punct. 5. num. 9.

disput. 7. quest. 2. punct. 3. §. effet tamen peccatum mortale.

15. Sed aliqui putant esse peccatum mortale; eo quod modus ordinarius absolvendi ex confutidine graviter obliget, neque possit occurrere iusta causa illum mutandi.

16. Et in hanc sententiam magis propendo cum Valsquez in 3. part. tom. 4. quest. 84. artic. 3. dub. 3. num. 12. & Preposit. in 3. part. q. 6. de forma Sacram. p. 20. dub. 1. num. 8.

### R E S O L . III.

An Confessarius absolvens penitentem sub his verbis,  
Nos absolvimus vos in nomine Patris, &c. peccet  
mortaliter?

Et supponitur Confessarium validè sic absolvere.

Et advertitus posse, interdum expedire unica absolu-

tione absolvere multos, quando urget periculum  
mortis; sicut una ablutione baptizari multi posseunt.

Et docetur in forma absolucionis pronomen, Tē, esse

de essentia Sacramenti. Ex part. 11. tract. 6. &

Mis. 6. Resol. 13.

9. 1. C onfessarium validè sic absolvete patet ex his, qua docet Granadus in 3. p. contr. 7. tr. 1. dis. 6. sest. 4. n. 30. Secundu[m] quartu[m] potest an haec sit forma sufficiens: Nos absolvimus vos. Respondeatur pronomen, nos, quod se tenet ex parte subjecti, dupliciter accipi posse: Primò ut significet unam tantum personam, qua[me] tamen ob authoritatem utatur eo termino, sicut uti solent Episcopi, & Reges, & sic non est dubium quin non obstat veritati absolu-

tionis; secundu[m], ut significet plures Sacerdotes simul

concurrere, ut causas inadæquatas ad eundem absolu-

vendum, & sic forma non valeret, quia de ratione

hujus Sacramenti est ut ab uno ministro ad aquæ

conferatur; & ob eandem causam diximus in mate-

ria de Baptismo, non posse validè baptizari eundem a duobus. Quod attinet ad pronomen Vos, se tenens ex parte prædicati, dicendum est non obstat verita-

ti forma hujus Sacramentorum vel illud usurpat

etiam ob authoritatem personæ qua[me] absolvitur, ut

si quis absolvens Episcopum dicaret: Ego vos absolv-

eo: & sic patet non esse mutationem aliquicu[m] mo-

menti, vel usurpat eo quod simul plures homines

ab eodem Confessario simul absolvantur; & ea etiam

non est mutatio substantialis; immo in casu urgentis

necessitatis licet id facere, ut si naufragium immi-

neret, & simul plures contentur eidem Sacerdoti,

esse periculum in mora. Ita Granadus.

2. Sed difficultas est, an in tali casu Confessarius

sic absolvens peccet mortaliter: Et negativè respon-

det Amicus in cur. theol. tom. 8. dis. 11. n. 31. ubi sic

affirmit, Notat Cajetanus in summa, absolucionem da-

tam in plurali, honoris causa, validam esse peccare

tamen Sacerdotem qui illa uitetur, recedendo a com-

muni forma Ecclesiæ. Haud tamen puto peccatum

esse mortale. Advertit etiam Henriquez lib. 4. de

Sacramento. cap. 11. num. 4. posse, & interdum expre-

dire, unica absolutione absolvere multos, quando

urget periculum mortis; sicut una ablutione bapti-

zari possunt multi. Est contra summam Tabienam,

verb. absolvio 1. num. 8. docentem, non posse plu-

res simul absolvii ab uno. Ita Amicus, cui ego etiam

adhereo.

3. Notandum est hic obiter, in forma absolu-

tionis, pronomen, Tē, esse de essentia Sacramenti, quo-

niam actio absolutiva debet esse determinata ad sub-

jectum, quod absolvit; non est autem determinata,

nisi per pronomen, Tē: Unde si judex auditio reo,

vellet

... post vell illum absolvere, non sufficienter absolveret per solum verbum, *absolvo*. Pari modo non esset sufficiens forma Baptismi si omitteretur pronomen, *Te*. Ratio vero est, quia actio magis pendet a subiecto, circa quod determinatur, quam termino, a quo absolvit: ergo major ratio est, ut in Sacramentum. Penitentia exprimitur subiectum, quod est absolendum, quam peccata a quibus est absolendum, sed haec omnia non procedunt si Confessarius dicat, *Ego absolvo a peccatis tuis*; nam in illa particula, *tuis*, includitur, & implicite continetur pronomen, *Te*. Et ita docet Eminentissimus dominus meus Cardinalis Lugo de Sacr. penit. disp. 17. sect. 1. num. 24. & post illum Leander de Sacr. tom. 1. tr. 5. disp. 2. quæst. 4.

#### RESOL. IV.

*An plures possint esse Ministri unius penitentis in eadem confessione?*  
Et in texu hujus Ref. apponuntur aliqui casus, quoniam raro contingentes pro praxi supradicta questionis.  
Sed magis difficultas est, an in dictis casibus effent duo Sacramenta, vel unum tantum?  
Et an quando valide duo simul absolvunt, possint simul dicere: Nos te absolvimus? Ex part. 11. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 46.

In §. 1. Tractione hoc dubium Eminentissimus Cardinalis Lugo de Sacr. penit. disp. 13. sect. 7. Quarens utrum forma absolutionis possit proferri a pluribus ministris, & num. 160. sic respondet, In simulo ut primis non videatur dubium, quod absolutio utriusque effet validia; si uterque simul perficeret prolationem forma, penitentis effet dispositus, quia utraque effet forma prolatata a legitimo ministro super materiam debitam, & non esset major ratio cur una ab soluto haberet effectum, quam altera. Dixi tamen si penitentis effet dispositus, quia cum ille modus accipiendo absolutionem a duobus, & confitendi simul utriusque fieri contra Ecclesiae consuetudinem, multo quisib[us] consentit Suarez in praesenti disp. 8. sect. 4. man. 4. putant esse illicitum, & posse ex hac parte deficere dispositio necessaria in penitentia. Aliquando tamen cessat haec ratio, ut si moribundo, qui confessionem petit, adveniant duo Sacerdotes, & uterque illum sensibus destitutum absolvat: vel si in naufragio, aut incendio aliquis multis Sacerdotibus praesentibus constitetur, ut ab illis absolvatur, vel denique si bona fide id faceret existimans ita licere, in his enim & similibus casibus locum potest habere haec quæstio, & nunc dicimus utramque absolutionem concurrende ad gratiam sacramentalem, quia non est major ratio de una, quam de altera. Quod autem aliqui opponunt repugnat duplice causam adequatam, qualis effet illa duplex absolutione, facile solvitur; Tum quia haec absunt cause physicae, sed mortales, ut sippone ex tractatu de Sacramentis in genere. Tum quia licet singula causa in actu primo effent sufficietes de facto in actu secundo attemperatur concursus unius propter presentiam alterius, & causalitas, seu productio gratia abessest duplex, sed unica adequata procedens ab utraque causa; sicut quando de facto plures Sacerdotes consecrant eandem hostiam. Tum denique quia in nostro casu fallitus dici posset singulas absolutions habere suum effectum diversum. Hucusque Lugo.

2. Sed notandum est hic pro curiosis cum Dicast. de Sacr. tom. 2. tr. 8. disp. 10. dub. 2. n. 13. casum posse occurrere ad impossibile, qui si contingat videtur

posse, imo & debere absolviri simul a duobus. Nempe si quando quis in praetexto vulneratus ad mortem, & morti proximus ceperit uni confiteri, & propter periculum supervenientis hostis, Confessarius ante absolutionem fugiat, postea vero cessante illo instanti pericolo redeat ad moribundum cuius jam confessionem alius Confessarius ceperit excipere, ita ut uterque Confessarius jam praefens sit, & neuter integrum confessionem ceperit, sed unus unam partem, alter alteram, penitentis vero effet jam alienatus a sensibus, uterque posset, & deberet absolvire directe ab iis que audivit, ut potest ne cieens an illa ipsa, vel alia (saltem ex parte) explicaverit secundo Confessario, cumque forte sit periculum in mora, poterit uterque simul absolutionem impendere directe eorum quae audivit, ut cetera simul indirecte remittantur, quae quidem omnia sunt valde notanda.

3. Sed magis difficultas est, an in praedictis casibus effent duo Sacramenta, vel unum tantum, de qua vide Lugum, & Dicastil. loco citato qui tam in pluribus inter se discrepant, quibus adde Aversam de Sacram. penit. q. 12. sect. 5.

4. Ex his oritur aliud dubium, an quando duo validè simul absolvunt, possint singuli dicere: *Nos te absolvimus?* Suarez tom. 3. in 3. part. disp. 23. sect. 11. 13. valere putat, si sensus non sit, quod uterque concurrat ut causa partialis, sed quod uterque cauet illum effectum, perinde atque si duo consecrent eandem hostiam, vere dicit uterque nos consecravimus hanc hostiam. Vasquez in hac materia quæst. 91. art. 4. dub. 1. n. 8. negat valere, juxta ea quæ tom. 2. in 3. part. latius dixerat de Baptismo. Idem etiam docet Cardinalis Lugo de penit. disp. 13. n. 176. Vide etiam Coninch. de Sacram. quæst. 67. art. 6. dub. 1. num. 43. & ne deferas recognoscere Dicastillum ubi supra n. 39. cum seqq. ubi more suo latè, & doctè hoc dubium pertrahat; & ex illo alia plura dubia emanantia curiosè discutit usque ad num. 62.

#### RESOL. V.

*An sit valida forma absolutionis sacramentalis, si dicatur: Absolvo te, non addendo a peccatis tuis?*  
Et quid est sentiendum, si Sacerdos solum diceret: *Absolvo?*  
Et an talis Confessarius sit denunciandus Sancto officio? Ex part. 11. tract. 6. & Misc. 6. Ref. 11.

§. 1. Novissime negativam sententiam docet Pater Ad magis Pasqualigus in Sacra Doctrina, t. 2. d. 84. sect. 2. n. 10. ubi sic ait: Dico secundum, verba, *Ego te absolvio* non sufficiunt, sed necesse est ponere saltem, a peccatis. Probatur: Illa verba sunt essentialia forma, quae sunt necessaria ad significandum effectum, quem causant: Sed haec verba, *Absolvo te*, non sunt significativa, ergo. Minor probatur: Effectus Sacramenti est remittere peccata, & ab iis absolvere; verba autem, *Absolvo te*, non significant absolutionem a peccatis, quia absolvere est indifferens ad significandum effectum ab hoc, vel ab illo. Dices determinari a subiecta materia, quia cadit demonstratio, ut supra penitentem petentem absolviri a peccatis. Contraria formam Sacramentorum non debet determinari a materia, sed ipsa debet determinare materiam ad significandum effectum Sacramenti: Ergo si ex se §. 1. ad medium, cursum in vers. non significat determinatum, non erit sufficiens. Dices secundum, verbum, *Absolvo*, supponere pro eo, a quo fit absolutione, & id est non suspendere significationem. Contraria verba quae non significant aliquod unum, sed possunt significare plura, sufficiunt significacionem, cum non sit major ratio, cur potius unum quam alterum significant; tale autem est

est verbum, *Absolvo*, Confirmatur; verba *Absolvo*, non significant explicitè, & formaliter absolutio-  
nem à peccatis, sed ad summum virtualiter ergo non  
sum sufficiens forma. Consequens probatur: for-  
ma Sacramentorum causat effectum ex vi sua signifi-  
cationis; ergo ad causandum requiritur adæquata  
significatio formalis, quia causa non potest causare,  
nisi ejus vis causativa formaliter modo existat. Hucul-  
que Pasqualigus. Sed ante ipsum ex neotericis hanc  
sententiam docuerat Joannes Wigers in 3. part. D.  
Thom. q.84. art. 3, concl. 4. num. 12. Pater Aversa de  
*Sacram. paenit.* q.12. sct. 3. & Martinon de *Sacram.*  
*paenit.* die. 5. 2. sct. 1. n. 7. 8. & 9. in fine.

2. Sed ego puto non esse recedendum ab affirmativa sententia, quam communiter asserunt Doctores, Ita S. Thomas p.3. q.84. art. 3. Caetanus ibidem in *Summa verb. absolutio*. Sotus in 4. dist. 1. 4. q. 1. art. 3. in fine. Mayronus, q.1. art. 2. Angles de *Sacram.* *paenit.* q.1. Sylvester verb. *absolutio*, q.6. num. 4. Ta-  
biena codem verbo. num. 12. Armilla num. 4. Toletus  
lib. 3. cap. 12. Suarez, t.4. in 3. part. disf. 19. sct. 1.  
Valquez q.84. art. 3. dub. 4. Sylvius ibidem. Henri-  
quez, lib. 4. de *Sacram.* cap. 11. num. 3. Emmanuel Sa  
verb. *Abolutio*. Coninch, disf. 4. dub. 3. num. 30.  
Amicus in curs. *Theolog.* tom. 8. disf. 10. sct. 1. n. 11.  
Prepositus in 3. part. D. Thom. q.6. de forma *Sacram.*  
*paenit.* num. 4. Granadus in 3. part. *Confess.* q.7. tr. 1.  
disf. 6. sct. 1. num. 6. Lefsius in 3. part. quest. 84. art. 3.  
num. 16. Fabius in 4. dist. 14. q.4. disf. 21. cap. 3.  
num. 44. 59. & 61. Mercerus de *Sacram.* ad 3. part. q.84.  
art. 3. num. 1. Remigius in *præt. confess.* tr. 5. cap. 5.  
§. 1. num. 4. Joannes de *Soria* in *Epitome Sacram.* p.2.  
tr. 1. sct. 1. disf. 6. §. circa formam, sen. *abolutio-*  
nem. Martinus de *San Joseph* in mon. *confessar.* tom.  
1. lib. 1. tr. 2. de *paenit.* num. 7. Joannes Henriquez  
in *compend.* cap. 3. num. 2. Petrus a *Sancto Joseph* in  
*Idea Sacram.* cap. 27. resol. 3. Caspensis in curs. *Theol.*  
tom. 2. tr. 2. 4. disf. 2. sct. 4. num. 40. Opatovius  
de *Sacram.* tr. de *paenit.* disf. 1. quest. 3. num. 26. Tan-  
nerus tom. 4. Leander de *Sacram.* tom. 1. tr. 5. disf. 2.  
quest. 7. Moosofius in *Summa tr. 6.* cap. 13. Cardi-  
nal Lugo de *paenit.* disf. 1. 3. sct. 1. §. 3. num. 34. Fa-  
gundez de *Præcept. Ecclesiast.* lib. 2. cap. 9. num. 19. Re-  
ginaldus tom. 8. lib. 2. 8. num. 2. Valentia tom. 4. disf. 7.  
q. 1. punt. 2. Villalobos tom. 1. t. 9. disf. 5. n. 3. Ylam-  
bert propos. 2. n. 7. Chellisonius in 3. part. q.84. art. 3.  
dub. 3. & ibi Pefantius, & Nugrus, Sayrus de *Sac-*  
*in genere.* lib. 1. cap. 3. part. 5. §. 8. In *paenitentia Sacra-*  
*memento.* Mollesius in *Summa.* tom. 1. tr. 7. c. 5. n. 26.  
Fillius in *Summa.* tom. 1. tr. 6. c. 5. n. 61. Castrus Palauis tom. 4.  
tr. 23. punt. 5. num. 2.

3. Probatur haec opinio, quia ea tantum verba sunt  
essentialia forma alicuius Sacramenti, quae proprium  
eius effectum determinatè significant, prout con-  
junguntur propria sua materia modo sibi debito, ut  
patet ex formis omnium aliorum Sacramentorum  
nova legis: atque sola ista duo verba, *Absolvo te*, pro-  
ut juridicè pronuntiantur à Sacerdote supra peni-  
tentem, statim post explicationem peccatorum in  
confessione Sacramentali factam, significant deter-  
minatè remissionem peccatorum, quae est proprius ef-  
fectus Sacramenti penitentiae, omisis omnibus aliis  
verbis tam antecedentibus quam consequentibus.  
Præterea conjuguntur sua materia modo conve-  
niens Sacramente penitentiae, quatenus illud est in  
forma judicij, in quo accusatio rei, & cognitio crimi-  
num eius debet præcedere, tum pronuntiatio senten-  
tie absolutorie subfequi: igitur sola ista verba *Absolvo te*, sunt de essentia Sacramentorum penitentiae.

4. Dico igitur verbum, *Absolvo*, amplam habere si-  
gnificationem, & ad varia determinabilem, quæ ex  
intentione proferentis possit ad hanc, vel illam si-

gnificationem determinari, & ex subjecta materia  
potest secundum usum communem cognosci accipi  
in determinata significacione, scilicet, vel pro ablo-  
tione à peccatis, vel pro absolutione à censuris, vel  
pro absolutione à peccatis & proinde quando in hoc  
judicio dicitur, *Absolvo te*, ex usu communi, verbum  
*Absolvo*, latè determinatè significans absolutionem à  
peccatis, cum significatio illius in hoc Sacramento  
adaptetur juxta exigentiam materiae quam recipit, &  
cujus remissio petitur in hoc Sacramento. Confirmatio  
trahit, quia si quis petat absolutionem à censura, suffi-  
cienter absolvetur etiam per illa verba, *Absolvo te*,  
quia illa verba, præsupposita explicazione censure,  
sufficienter determinatè significant absolutionem à  
censura. Itaque cum ea tantum verba constituant  
essentialia formam Sacramenti, que cum adjunctis  
circumstantiis exprimunt principalem effectum Sa-  
cramentalia sunt hac verba, *Absolvo te*, in forma  
Sacramenti penitentiae: ergo haec tantum consti-  
tuunt essentialia forma hujus Sacramenti. Major  
constat, nam verba quoad significationem sumenda  
sunt secundum omnes circumstantias quas habent  
adjunctas, & secundum quas ex communi homi-  
num institutione, determinantur ad significandam,  
ut patet in illa forma Baptismi corrupta prolatæ. Ego  
Sup. hec  
te Baptizo in nomine Patria, & Filia, & Spiritu formæ  
Sancæ, qua ex declaratione Zacharia Papæ validæ, <sup>primi</sup> in tr. 1.  
et, eo quod prolatæ in talibus circumstantiis, ex  
communi hominum sensu significant mysterium  
Sanctissima Trinitatis, que tamen sub aliis circun-  
stantiis prolatæ, illud non significant. Par igitur  
ratione, verba haec, *Absolvo te*, etiæ ex se indiffer-  
sint, ad significandam tam absolutionem à censura,  
quam à peccatis, prolatæ tamen supra penitentem,  
quia sua peccata confessus est Sacerdoti, determina-  
tur ad significandam absolutionem à peccatis, qui est  
principalis effectus hujus Sacramenti. Unde ex his  
patet responsio ad argumenta Pasqualigii, & Merceri:  
nam licet verbum, *Absolvo*, indifferens sit, determina-  
nari potest ex intentione ministri, & confessionis peni-  
tentis, ut solutionem vinculi peccatorum significet;  
sicut si coram judice fisteretur reus catenis ligatus, eo  
ipso quod iudex præcipere eum filvi, non dubitare  
velle, ut à catenarum vinculis solvatur: sicut etiam  
cum Lazarum suscitatum præcepit Dominus Iesus  
Christus, Joan. 11. solvi, sufficienter significavit vincu-  
la, quibus tanquam mortuis ligatus fuerat, ut se  
peliretur. Et ideo cum ex Dialecticis attributum in  
enunciatione attrahit à se subiectum, id est determina-  
tus significatum, designando pro quo illud sup-  
ponat; sic etiam in oratione practica ejus conjunctio  
ad hanc, & istam materiam in particuli determina-  
nat illius formale significatum cadere supra hanc, &  
istam materiam in particuli: sed haec forma, Ego  
te *absolvo*, est quedam oratio practica, et enim Sa-  
cramentalis, & proinde effectiva illius quod signi-  
cat, & dum iuridicè pronuntiatur à Sacerdote, itam  
post accusationem peccatorum factam à penitente  
pro obtinenda remissione peccatorum quod cul-  
pam, ei conjungit tanquam sua speciali materia;  
ergo haec sui coniunctione ad accusationem, seu con-  
fessionem peccatorum determinat practicum for-  
male ejus significatum, esse remissionem peccato-  
rum quod culpam: nec proinde ad essentialia illius  
formæ opus est addere hanc particulam, *A peccatis*  
tuis. Et hoc potest illustrari exemplo familiari. Ag-  
er aliquis accedit ad medium, cui morbus, mor-  
bique caufas, symptomata, & id genus catena accu-  
rare explicat: si peritus ille medicus, his auditis,  
statim subiectat, *Té sanò*, hoc verbum rectè intelli-  
gitur dici propriè solummodo de curatione ab illo  
morbo, quem agrotus ille modò exposuit medico;

# De Absolut. Sacramentali. Resol. VI. 227

& ad istud significandum non fuit opus medicum addere hanc particularam, ab hac raa infirmitate; quia ex communi usu loquendi id fatis intelligitur, cum sit quadam responso medici ad inquisitionem aegroti: responso autem, & interrogatio intelliguntur esse de uno, & eodem; sed sacramentalis confessio penitentis est dolorosa explicatio, & accusatio morborum animae ejus, inquirentis a Sacerdote gratiam sanantem per beneficium absolutionis juridice: ergo ad practicam significacionem verborum forma istius, *Ego te absolvo*, sic statim pronunciatum, sequitur sufficiens expressio ejusmodi effectus proprij hujus Sacramenti, & per consequens haec verba, *A peccatis tuis*, non sunt de essentia forme Sacramenti Pœnitentiae. Unde ex his, ut dixi, remanent soluta argumenta à Pasqualigo, & alii in contrarium adducta.

*A peccatis tuis*, quo casu constat ante adventum particularum, sensum formæ non esse legitimum & complectum, prout Christus instituit, & proinde posse per illarum adventum compleri, & significacionem verbi determinari ad absolutionem à peccatis. Ita Præpositus.

2. Sed negativa sententia adhæret Cardinalis Lugo de *Sac. pœn. diss. 1.3. sect. 2. §. 1. n. 34.* ubi sic agit Verius videtur etiam quando de facto adduntur illæ voces, *A peccatis tuis*, non concurrent ad effectum, sed hanc dari ante eorum prolationem, quam sententia tenet Suarez, ubi *Supr. m. 20. cum aliis recentioribus*. Ratio autem fumitur ex principio opposito, quia scilicet ante adjunctionem illorum verborum, jam in rigore propositionis est absoluta, & perfecta per priora verba, quæ reddunt sensum perfectum, & significant totum objectum; verba autem posteriora deserviunt solum ad idem clarissimum significandum: quare si in prolatione ultimæ syllabæ requisita, non debet ad effectum expectari totum tempus, quo durat prolatione illius syllabæ; haec enim potest protrahi, præsentim si cantetur, sed statim in prima prolatione illius syllabæ fit effectus, quia jam tunc significatur sufficienter, & illa prolatione, seu continuatio prolationis, non significat aliquid novum, sed clarissimus, & melius significat idem objectum: sic prolatione verborum, *A peccatis tuis*, non est expectanda propter eandem rationem, quia nimirum ante illam habet jam sensum, & illa verba non significant aliquid novum, sed idem clarissimus & melius, & licet verba in propositione de præsenti non debeat significare objectum præsens pro toto tempore ab inicio prolationis, ut constat ex verbis consecrationis, sed præsens in fine prolationis; hoc autem intelligitur de fine prolationis, non quidem quando profertur ultimum verbum materiale illius propositionis, seu quando profertur ultimum, quod requiritur ad exprimendum sensum illius propositionis; tunc enim debet esse objectum præsens, quare licet postea sequamur alia verba, quibus magis explicetur idem sensus, attendi tamen debet ad tempus, quo primum fuit sufficienter significatus, tunc enim fuit jam propositio prolata in toto rigore. Hucusque Lugo.

3. Ego autem in hac difficultate assero eum Amico in *civ. theol. 10. 8. d. 11. sect. 2. n. 23.* quod si pœnitentia non sit dispositus nisi in fine prolationis illorum verborum, *A peccatis tuis*, in prolatione horum verborum accepit gratiam Sacramentalis. Probatur nostra assertio, quoniam haec verba, *A peccatis tuis*, participant eandem significacionem, quam habent verba essentialia, *Absolvo te*, quia quod essentialia dicunt implicitè, haec dicunt explicitè, ac proinde participant eandem virtutem causandam verba Sacramentalia ex institutione Christi efficiunt quod significant. Et ideo in hoc tantum sensu veram censem sententiam Vasquez, & aliorum, quorum quod haec verba addita essentialibus causent effectum Sacramenti, non autem in casu quo pœnitentia repetiatur dispositus in prolatione præcedentium verborum, *Ego te absolvo*: nam tunc effectus Sacramenti causatur in prolatione tantum præcedentium verborum: tum quia Sacramenta suum effectum causant ad instar causarum naturalium, que statim ac sunt, si impedimentum non habeant suum effectum causant, tum quia aliqui sequeretur, posse pœnitentem suscepito integrò, ac valido Sacramento Pœnitentiam damnari, si nimis statim post illa verba *Absolvo te*, nondum prolatis, *A peccatis tuis*, in quibus secundum Valquez confertur effectus hujus Sacramenti, pœnitentia moreretur: cum in termino mortis non sit capax effectus Sacramenti, & con-

queratur,

## RESOL. VI.

An quando dicta verba à peccatis tuis, apponuntur, causent effectum principalem Sacramenti, tanquam pars forme? Ex part. 1.1. tractat. 6. & Misc. 6. Ref. 1.2.

Affirmative responderet Joannes Præpositus in 3. part. q. 6. de forma Sac. pœnit. dub. 1. n. 6. quia licet verbum, *Absolvo*, possit per intentionem ministri determinari ad absolutionem à peccatis, etiam sine alio addito, tamen significatio illius verbi non est determinata, ut per ejusdem ministri intentionem non possit relinquiri in suo modo significandi confuso, & determinabilis per particulas ad-

sequenter, si penitentis sit in termino mortis ante prolationem illorum verborum, *A peccatis tuis*, non suscipiet effectum hujus Sacramenti, cum tamen supponatur per verba praedicta validè suscepisse totam, atque integrā essentiam hujus Sacramenti.

## RESOL. VII.

*An Sacerdos in articulo mortis relinquens illa verba à peccatis tuis, in forma absolutionis sacramentalis, peccet mortaliter?*

*Et quid extra articulum mortis?*

*Et an peccet mortaliter qui in articulo mortis relinquens illa verba in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, in sacramentalis absolutione?*

*Et cur sim docetur teneri penitentem in articulo mortis elicere actionem contritionis, cum confitetur, & non sufficiere attritionem cum Sacramento? Ex part. 11. tract. 6. & Milc 6. Refol. 1.*

**S. I.** *D*ixi in articulo mortis, quia extra illum Sotus in 4. disp. 14. q. 1. art. 3. Vivaldus de absolut. mun. 48. & 99. Polsevius cap. 7. n. mibi 71. pag. 244. & clarissimus Ludovicus de San Juan, q. 1. de Pœnit. art. 11. dub. 1. concl. 2. pag. 326. Valentia disp. 7. q. 1. punct. 3. & Henriquez lib. 1. de pœnit. c. 11. n. 3. putant nullum peccatum committere. Sacerdotem, qui relinquens dicta verba seculo scandalo, & contemptu: fed ego alibi docui esse tantum peccatum not. seq. lege veniale; & ita me citato tenet Leander ubi infra q. 8. etiam duas & me citato Martinus de San Joseph in monit. confess. tom. 1. lib. 1. tr. 2. de Pœnit. n. 7. ubi sic ait: Las palabras, ab omnibus peccatis tuis, ni son de necessidad del Sacramento, ni de su integridad, porque se incluyen en la forma, absolve te. D. Thom. 3. p. q. 84. art. 3. Návarrus in Max. c. 26. n. 11. Lugo disp. 13. n. 14. Henriquez cap. 11. n. 3. Reginaldus lib. 28. n. 2. Fagundez precepit. 2. lib. 3. c. 1. n. 19. Y aunque graves Autores afirman, que no sera pecado alguno omitiri estas palabras; con todo esto juzgo que sera pecado venial por contravenir a la costumbre de la Iglesia. Granados tract. 1. disp. 6. sect. 1. Moure 3. p. exam. cap. 6. §. 7.

Ref. 1. citata 2. n. 4. Diana 2. part. tr. 17. ref. 14. & tract. 1. 5. refol. 47. in hoc textu ita Martinus; cui adde Praepositum in 3. p. quæst. 6. de inventore forma Sacram. Pœnit. dub. 1. mun. 6. in to. 2. tr. 1. Ref. 112. §. 2. Difficultas itaque consistit, an sit peccatum Sed ego. & mortale omittere dicta verba, quando Sacerdos abs. Ref. 1. hic est solvit aliquem in articulo mortis. Et negativè resupra, in tr. 1. Ref. 57. & signanter in dubius Ref. 1. prædicta verba, nec \* ad essentiam, nec ad integratam formam pertinere, nisi ad summum, ut implicite, & intrinsecè contenta in illis verbis, Absolvo te, ut ait Suarez disp. 19. sect. 1. n. 20. & 21. Ergo addes, quia, ait ille, longè probabilius, in modo certum est, quod Pater Lugo de Conscient. p. 1. c. 3. q. 5. mun. 45. Magister Serra in p. 2. D. Thome, tom. 1. q. 19. art. 6. dub. 4. fol. 384. Spinola de Elect. opin. disp. 3. sect. 7. in Corol. fol. 259. Clemens Scotus opus. 2. de opin. prob. p. 40. & alijs, assertunt quod in articulo mortis, licet amplecti opinionem minus probabilem, & minus tutam.

3. Sed, ut verum fatear mihi placet in hac difficultate opinio affirmativa Patris Granado in p. D. Thom. contr. 7. tr. 1. disp. 7. sect. 1. n. 9. ubi sic ait: Si abs. que urgentissima necessitate omittantur illa verba à peccatis tuis, non dubito quin sit peccatum veniale, quia non servatur communis modus absolvendi, quem servant ministri Ecclesie, præsertim cum alijs qui Doctores reputant, ea verba esse de necessitate forma. Mortale vero crediderim, non esse per se loquendo; nam Valentia, q. 1. punct. 3. cum Dominic.

Soto dicunt nullum esse peccatum; Henriquez non extare de hac re præceptum, & aliqui res non videantur tanti momenti, ut gravem obligationem inducat. Solum in articulo mortis videtur sub mortali teneri Confessarius, non omittere ea verba, à peccatis tuis, ne exponat penitentem aliqui pericolo non recipiendo tam necessarium sacramentum; nam graves Doctores, ut vidimus, existimant, ea verba esse omnino necessaria. Et propter similem rationem sup. hoc teneri penitentem in articulo mortis elicere actum præ in usq. contritionis cum confitetur, quia licet certum fero sit sufficere attritionem cognitam cum sacramento Granado isto ad justificationem; non desunt qui sentiantur hinc cito oppositum, & in eo tempore, ubi agitur extrema Ref. 91. & falso, vitari oportet istud periculum. Quod vero alii tam attinet ad verba: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, vel familia, non audeo omnino obligato sub mortali, etiam in predicto articulo ad ea præferenda, quia Suarez, disp. 19. sect. 1. num. 19. & sed ergo alij viri docti certum reputant, ea non esse de effectu; sed nihilominus valde scrupulosum censem ea omittere, & vix excusarem a mortali, cum graves Doctores putent esse de essentia sacramenti, & non possint evidenter convinci falsitatis. Hucusque Granado. Verum sententia Patris Leandri non caret sua probabilitate, & argumenta superius addueta à Patre Granado suam habet difficultatem; nam aliqui illa admittunt, & præsertim non affectionis Patri Granado quoad illud de absolvente absque invocatione Trinitatis, nam contra Durandum, & Majorem, certum est, verba In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, non pertinere ad essentiam absolutionis, & quia hanc sententiam docuerat etiam Hieronymus Llamas in Methodo, p. 4. cap. 2. §. 1. Index expurgatorius nostri Sacri Tribunalis Inquisitionis Hispanice anno 1640. jussit deleri ex ejus operibus, ut etiam testatur Leander de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 2. quæst. 10. Sed ego, ut dixi, in articulo mortis verba illa, à peccatis tuis, minimè omittenda esse existimo.

## RESOL. VIII.

*An quis peccet mortaliter si formam absolutionis variet, dummodo tamen verba significant actionem judiciale?* Ex part. 5. tr. 1. 3. & Milc. 1. Ref. 34.

**S. I.** *C*ausa est curiosus, & suppono quod forma absolutionis conferri debet modo indicativo, non autem imperativo; si enim aliquis diceret, Abfolvat te Deus, Sacramentum erit invalidum. Verum non solum valida erit absolutione facta modo indicativo, ut dictum est, sed etiam imperativo; ut si dicatur: Abfolvaris, vel, Abfolvatur Petrus, quia sententia decisiva judicis convenientius adhibetur non solum modo indicativo, sed etiam imperativo. Imò contra Cajetanum, & Sotum docet Scotus in 4. disp. 14. quæst. 4. Gabriel quæst. 2. art. 1. Vasquez in 3. part. tom. 4. quæst. 84. art. 3. dub. 3. Suarez disp. 19. sect. 1. & alijs, formam absolutionis esse sufficientem, quoties significant actum judiciale, & sententiam decisivam absolutionis à peccatis, ut si Confessarius dicat: Volo abfolvaris, Libet te absolviri, &c. quia in his verbis salvatur sensus formæ sacramentalis absolutionis, quæ instituta est à Christo instans sententia judicis.

2. Sed difficultas est, an Confessarius supradictis verbis absolvendo penitentem, peccet mortaliter quid sentiam, non proferam, dicam solum ea, quæ docet Hurtadus Complutensis disput. 5. de pœnit. difficult.

difficult., ubi sic assit. Quamvis forma absolutio-  
nis supradicto modo prolatu sit sufficiens ad valo-  
rem Sacramenti, illicet si non proferatur modo  
indicativo; quia erit contra consuetudinem Eccle-  
siae solo modo indicativo utentis, id tamen non erit  
peccatum mortale, sed veniale, quia ea mutatio non  
est gravis, sed levius. Ita ille.

RESOL. IX.

An si quis bona fide confiteatur cum simplici Sacer-  
dote de venialibus, & mortalibus, valida esset ab-  
solutio?

Et an etiam si quis cum attritione cognita confite-  
tur cum simplici Sacerdote non approbato bona ta-  
men fide, si moriatur ante aliam confessionem, sal-  
vus sis?

Et infurta confitentem bona fide peccata reservata  
manere absolutum; unde si Sacerdos culpabilitate  
absolvit, tenet absolutio? Ex part. 9. tract. 9. &  
Misc. 4. Ref. 29.

potestatem conficiendi tale sacramentum propter & s. ult. ha-  
jurisdictionem, quam habet circa peccata venialia  
confessa, inde est ut possit hominem sanctificare, &  
consequenter mortale peccatum expellere, licet ab  
illo per se non absolvat. Vide Suarez de Péniten-  
tia, diff. 3. sect. 2. n. 6. & Reginaldum in Pra-  
xi. tom. 1. lib. 8. num. 81.

& considera  
distinctiones  
doctrina il-  
lus, & ita  
rum hujus  
anor.

3. Hinc ego olim recte respondi, quod si quis  
etiam cum attritione cognita confiteretur cum sim-  
plici Sacerdote non approbato, bona tamen fide,  
si moriatur ante aliam confessionem, salvus fie-  
ret, quia absolutio illa fuit valida, & gratiam sa-  
cramentalem contulit. Ex his etiam infurta, con-  
fites bona fide peccata reservata manere absolu-  
tum; quia cum non esset sufficiens jurisdictione in ab-  
solvente, si aliqui accedit bona fides, & dispo-  
sitio ex parte pénitentis, validum efficit sacramen-  
tum, accedit autem bona fides pénitentis; quia  
ignorat esse casum reservatum, vel quia inculpa-  
biliter putat, illud posse absolviri a quolibet. Unde  
etiamsi Sacerdos culpabiliter absolvit, tenet ablo-  
lutione; quia concurrunt omnia ad validitatem sa-  
cramentum: & solum manet pénitentis cum onere ex-  
plandi reservatum Superiori, quoties illud nove-  
rit esse reservatum. Et ita docet Amicus in Curs.  
Theol. tom. 8. diff. 13. sect. 10. n. 223.

Sup. hoc cō-  
trarium leg.  
upria in Re-  
sol. 1. signa-  
ter à §. Sed  
hanc. & seq.  
intra in tr. &  
in Resol 8 §.  
ult. & in Re-  
sol. 23. & 40.

RESOL. X.

An quilibet Sacerdos possit peccata venialia absolu-  
vere?

Et an hoc etiam extendatur ad mortalia legitimè con-  
fessa?

Et an nullus Prelatus Papa inferior possit hanc ju-  
risdictionem à Sacerdotibus auferre?  
Et notatur, quod in supradicto casu, si quis con-  
fiteretur sola venialia, si haberet aliquid peccatum mor-  
tale nondum confessum, quod tamen oblitus est, ab  
illo remanet absolutus, etiam si Confessarius sit sim-  
plex Sacerdos? Ex part. 5. tract. 14. & Mtc. 2.  
Resol. 86.

§. 1. Afirmative respondendum est, non quia sup. hoc in  
contra Sotum in 4. diff. 18. quest. 2. art. 2.  
in tali casu non requiratur jurisdictione, sed quia tom. 3. tr. 1.  
Summus Pontifex, & Ecclesia hanc jurisdictionem Resol. 39. à  
commisit, seu delegasse, creditur cuiuslibet principio  
Sacerdoti non excommunicato, eo ipso quod illum  
ordinat, quod colligitur tum ex Doctorum aucto-  
ritate, tum ex natura culpe venialis, quae cum non  
sit materia necessaria confessionis, nec indiget  
scientia peculiari Confessarius, ut ab illis absolvatur, & omnes  
vel debitam injungat pénitentiam, non erat ratio,  
ob quam requireret peculiarem ministrum, sed eius prima  
quicunque Sacerdos esse posset, ut ita pleniori ve-  
ritate acciperentur ea verba, quae illi dicunt, cum secundæ  
sim ibi in ordinatur, Accipe Spiritum sanctum, &c. & ita Resol. 41. in fi-  
hanc sententiam tenet Sanctus Doctor in 4. diff. 18. ne § sed cir-  
quest. 2. art. 3. quest. 1. ad 3. Suarez tom. 4. diff. 26. ca & brevi-  
sect. 2. num. 8. Henriquez lib. 6. cap. 8. num. 1. Gra-  
ter cum sa-  
nando in 3. part. contr. 7. tract. 10. diff. 4. sect. 1. gante ibid.  
num. 2. Sanchez in summa, tom. 1. lib. 1. cap. 9. n. 35. in Ref. 4. §  
Prapostus in 3. part. quest. 7. de ministro Sacram. 2. ad mediū  
pénitent. dub. 5. num. 37. Tannerus tom. 4. diff. 6. vers. Nam  
9. 9. dnb. 3. num. 59. Valquez tom. 4. q. 9. 3. art. 1.  
dub. 6. n. 5. & 10. Fagundez pr. 2. lib. 7. c. 1. n. 15.  
& alii penes ipsos.

2. Non desinam tamen hic pro curiosis adnota-  
re, quod licet supradicta opinio sit tantorum Doctorum  
auctoritate fulcita, non desuit nosris temporibus,  
qui illam acriter impugnat; & is est doctus

V Philip.

Philippus Faber de penitentia in 4. sent. distinct. 17. quest. unica. disput. 25. cap. 3. num. 71. ubi sic ait: Ad aliud verò de peccatis venialibus responderetur cum Navarro in cap. placuit, de penit. disput. 6. num. 22. nullum textum me vidisse, quo probetur, eum qui peccata venialia habet, posse cui voluerit confitari. Multi tamen affirmant hoc esse verisimum ex consuetudine Ecclesie, & Suarez disp. 26. sent. 5. antiquos Doctores supponere hanc consuetudinem Ecclesie, quod quilibet Sacerdos ab eis absolvere possit, quod probat Suarez, quis omnis viriusque sexus, &c. in quo est praeceptum de anima confessione ab omnibus, intelligitur de peccatis mortaliis; & communiter Doctores cum dicunt, confessionem cadere sub praecepto, intelligit confessionem de peccatis mortaliis, non de venialibus, quia haec non sunt materia necessaria confessioni, & hujus sententia est Scotus, præterim disp. 17. qu. 1. art. 3. Verum non video quomodo ex hac communis sententia, quod præceptum confessionis obligat solum ad peccata mortalia confitenda, deducatur, duòd sacerdos quilibet possit absolvere à peccatis venialibus, quia præceptum confessionis est de illis peccatis, quæ separant à charitate, & inducent ad damnationem aeternam; cujusmodi sunt mortalia; & de venialibus verò cum maneant cum charitate, neque ullus propter illa damnetur, id est de illis nullum datur præceptum. Tamen eum sacerdotes per Ordinem sacramentaliter instituti sunt judices, ut supra diximus, præterim ex Concilio Tridentino, & ad exercendum iudicium validè necessaria sit iurisdictionis potestas, proculdubio sequitur sacerdotem simplicem non posse absolvere nisi eos, in quos habet iurisdictionem tam de peccatis gravibus, quam de levisibus. Unde videmus nullum iudicem posse condemnare subditum alterius iudicis, neque ad minimam peccatum, nec de minima re. Licet ergo peccata venialia sint levia, tamen quia cum dimittuntur à sacerdoti per absolucionem, dimittuntur per modum iudicij, non videtur sacerdos sine iurisdictione posse ab illis absolvere. Nec valet ratio Soti in 4. dist. 18. quest. 4. articulo secundo ad 3, quod ubi nulla est potestas cogendi, ibi nulla est iurisdictionis; nemo autem potest cogere aliquem ad confitendum peccata venialia, ergo ad illa non requiritur iurisdictionis. Contra enim arguit sic. Jurisdictionis non solum requiritur propter coactionem, sed propter validitatem actionis, jurisdictionis in sacerdote non requiritur ad cogendum penitentem ut confiteatur; sed illa coactionis est à legislatore Christo Domino instituta præceptum confessionis; sed requiritur ad hoc ut confessio, & absolutionis validè fiant; id est licet non teneatur ad confitendum venialia, tamen si velit illa confiteri, absolutio illorum à sacerdote non potest esse valida, si desit jurisdictionis. Præterea potest eodem modo cogere quoad venialia, quomodo potest quoad mortalia, scilicet obligando ad satisfactionem saltem sub pena peccati venialis, & potest ligare non absolvendo, si non videat ipsum dispositum. Unde quod dicunt Suarez disp. illa 26. sent. 5. per consuetudinem Ecclesie posse quenquam sacerdotem ad peccatis venialibus absolvere, cum statim est sacerdos, & quod haec sententia communiter ab omnibus Doctribus antiquis supponitur vera, est mihi valde dubium. In primis his temporibus neminem sacerdotem vidimus audire sacramentaliter confessiones, nisi habeat auctoritatem jurisdictionis ordinariam, vel delegatam specialiter, & hanc fuisse antiquam consuetudinem, colligitur ex Concilio Tridentino sent. 14. cap. 7. ubi inquit. In eadem Ec-

clesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis. Et in principio illius capituli persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verisimum esse Synodus haec confirmat, nullius momenti absolutionem esse debere, quam sacerdos in eum profect, in quem ordinariam, aut sublegatam non habet iurisdictionem. Ex quibus colligitur morem Ecclesie tempore fuisse Ministris hujus sacramenti explicitè dare auctoritatem ordinariam, vel delegatam, siquidem fuit semper consuetudo delegandi auctoritatem aliquorum calum, & aliquorum non. Præterea qui dicunt fuisse semper consuetudinem in Ecclesia, quod quilibet sacerdos possit absolvere peccata venialia, sunt illi DD. praefertim, qui dicunt hoc licere sacerdotibus, quia ad dimittenda haec peccata non requiritur iurisdictionis, ut Sotus loco supra nunc citato, vel qui dicunt iurisdictionem quo ad haec sacerdotem accipere à penitente, ut Cajetan loco superiori c. notato, vel à Deo immediate per designationem persona sacerdotis, ut ait Navarrus ubi supra, vel dicunt hanc iurisdictionem immediata de venialibus datum esse sacerdotibus in Ordine facto ut Capreolus & alii supra citati. Omnes autem ita opiniones superius rejecta sunt ostendendo; quod auctoritas Ordinis, & iurisdictionis auctoritas sunt distinctæ, & quod ambae de jure divino requiruntur ad integrandam perfectam potestatem proximam sacerdotis absolvendi à peccatis. Dicere autem, ut dicit ultima opinio, & Sotus, quod Christus Dominus in illis verbis, Accipite Spiritum sanctum, &c. dederit absolutam facultatem sacerdotibus absolvendi à venialibus, non à mortalibus, est omnino vanum, quia ibi instituit sacramentum in remedium contra peccata indistinctæ, & propterea ratio non expulsa, ut ibi constitutis sacerdotibus pastores, & iudices animarum cum plena potestate in causis levioribus, quæ sunt peccata venialia; in causis gravioribus verò, ut sunt mortalia, cum auctoritate diminuta. Quod etiam dicit Suarez hanc iurisdictionem absolvendi à peccatis venialibus esse omnibus sacerdotibus datum ab Ecclesia, non autem esse ordinariam, ut patet, sed esse delegatam, mihi videtur esse sine fundamento, & voluntaria: nam oportet adducere aliquem textum, vel auctoritatem viri gravis antiqui, qui attestaretur hanc auctoritatem, & iurisdictionem esse collatam sacerdotibus simplicibus ab Ecclesia; Ego, ut inquit Navarrus nullibi lego, nec ipsi legerunt, nec video nunc in illo esse consuetudinem hanc ut sacerdos non admisus ab Ordinario absolvat etiam à venialibus in modo puro, salvo semper meliori iudicio, quod si quis hoc attinet, nihil faceret, & peccaret saltem venialiter, quia committeret sacrilegium, in re tamen levi, quia mitteret manum in messem alienam, cum non appearat an habeat hanc iurisdictionem. Et haec omnia docet Faber ubi supra.

3. Sed non est deserenda communis sententia, quam contra Sotum DD. citati extendunt etiam ad immortalia jam legitime confessam, ut possit simplex sacerdos illa absolvere; & infra Granada ubi supra, hoc in præ in 3. part. de Sacrament. contr. 7. tract. 10. disp. 4. top. m. 2. sent. 1. num. 6. unum valde notandum, scilicet nullum Praelatum Papa inferiorum posse hanc iurisdictionem à sacerdotibus auferre, quia quod à Papa & ex concessione inferiores non possunt abrogare, & consequenter licet talis jurisdictionis sit delegata, non quam cessat nisi ob maiorem excommunicationem. Hanc si Episcopus suspendet Confessarium aliud approbatum ab audiendis confessionibus, non intelligitur suspendisse, quia non potest ab audiendis confessioni

## De Absol. Sacramentali. Ref. XI. &c. 231

confessionibus de venialibus tantum suspendere,  
quicquid sit de foro externo.

RESOL. XI.

*An nominatim excommunicatus possit valide absolvere à venialibus? Ex part. 5. tractatu 9. Resolution. 8.4.*

**A**ffirmativè respondet Vaquez in 3. part. tom. 4. q. 9. 3. art. 1. dub. 6. n. 8. quia Sa-  
cerdos ius divino habet jurisdictionem, & mate-  
riam applicatam respectu venialium; sed omnino  
verius est per se loquendo, non valere, pro quo sup-  
pono quod supra suo loco ostendimus, omnino ve-  
rius esse jurisdictionem respectu etiam venialium ju-  
ris Ecclesiastico Sacerdotibus competere, quam ju-  
risictionem Ecclesia potibus suspendere: suspendi-  
re autem ex eo patet, quod suspenderet jurisdictionem  
nominaliter excommunicati, & ita docet Prae-  
positus in 3. p. q. 9. dub. 8. n. 49. cui adde Raynaud  
de monit. p. 2. c. 2. n. 23. & Avilam 2. p. 6. 6;  
diss. 3. dub. 1. concl. 3. sed sententiam affirmativam  
Vaquez puto etiam probabilem esse.

RESOL. XII.

An absolutionis sacramentalis data ab excommunicato  
vitando sit valida?  
Et an hoc etiam intelligatur, si confessio, & absolu-  
tio de peccatis venialibus tantum sit?  
Et an Sacerdos, v. g. qui in Hispania est nominatim  
excommunicatus, vel notorius Clerici percussor, si in  
Sicilia venit, ubi hoc ignoratur, & conferetur sibi  
beneficium Parochiale, confessiones, quas audit, an  
valide sint; nam talis titulus praesumptus, & com-  
muni error facti, conferuntur iurisdictionem? Ex  
p. 10, II. 15. & Misc. 5. Res. 14.

**N**ovissime tanquam probabilem affirmativam sententiam tenet Petr. Marchanu  
in Tribu. Sacrum, tom. 3. p. 1. tr. 4. tit. 1. sect. 1. q. 10.  
d. 1. ubi sic ait: Tenet Victoria de excommunicatio-  
ne, d. 12. aliás 313. validam esse absolutionem da-  
tam à Sacerdoti excommunicato majori excommuni-  
catione etiam denunciato, & notorio percusso-  
re Clerici. Cujus ratio est. Quia etiā multa iura ve-  
tem in Sacerdos excommunicatus absolvat, vel  
confessiones audiat, nullum tamen ius expresse  
absolutionem irritat, & nullum ex parte absolv-  
entis declarat. Unde etiā denuntiatus vitandus  
in omni exercitio iuridictionis declaretur in Con-  
stitut. Mart. V. Nullum tamen est verbum, quod  
irrit absolutionem ab eo datam, etiā ex parte poe-  
nitentis ratione peccati mortalis, quod incurrit hoc  
ipso, quo sciens, & volens à vitando sacramenta  
faciebat, absolutio sit invalida. Unde probabilem  
judico etiam in praxi Victoria opinionem, & si  
Petrus confiteretur Paulo suo pastori excommuni-  
cato, & notorio percusso Clerici, vel publice,  
& nominatum denunciato (quam tamen ignorante  
publice, & nominatum denuntiatur, vel Clerici  
percusso), eo quod forte à Parochia rite absol-

set) & ab ea absolvetur ; non condemnarem eum ad iterandam confessionem , sed judicarem absolutionem validam . Ratio mea est conformiter ad eam , quam adserit Victoria . Quia re vera non obstante excommunicatione talis pastor non est privatus pastorali beneficio ; cui cum ex natura sua annexa sit jurisdictio in oves proprias quandiu non privatur beneficio pastorali , tamdiu non privatur jurisdictione , sed prohibetur tantum jurisdictionem exercere . Quod amplius demonstro : excommunicatione enim est juris contentio , siveque jurisdictione fori externi privat , non autem jurisdictione fori interni , quod maximè ad Deum spectat ut postea dicetur . Quod vero excommunicatione prohibeat usum jurisdictionis , & prius excommunicatus licita executione jurisdictionis fori interni , & secreti penitentiae , est : quia ista jurisdictione non exercetur nisi signis , & actionibus externis , quas , quia externae sunt , potest Ecclesia prohibere , & ita philosophandum erit de quocumque excommunicato jurisdictionem sive ordinariam , sive delegatam habere . Nec video quid possit opponi , quod contrarium convincat : Quid enim dicitur excommunicatione denunciatum ab Ecclesia non tolerati , dicendum , non tolerari quoad licitum usum , & exercitium administrationis sacramentorum , & ideo peccare , inquit aliam peccatum irregularitatis pro multa incurrere si faciat , non vero quoad jurisdictionem fundamentalē , à qua validatur actus .

2. Nec obstat, quod actus jurisdictionis exter-  
na, ut sententiae, & alia facta ab excommunicato  
in foro externo invalidentur; Id enim fit, quia to-  
tum iurisdictio illa, sicut & ejus exercitium pertinet  
ad forum externum: iurisdictio autem fori sacra-  
mentalis per se pertinet ad forum internum, eis  
nabat exterios actus necessarii coniunctos. Et ad-  
ad confirmationem hujus, quia excommunicatio  
& suspensio sunt diversae censurae, quae se in-  
dicem non includunt; atque suspensio ab officio,  
qui est annexa iurisdictio hoc singulariter habet  
siquid suspendat iurisdictionem: ergo excommuni-  
catio per se id non facit.

3. Dices, Denunciatio id facit.

Respond. Denunciationem pro certo suspende-  
te à licito exercitio jurisdictionis, hoc ultimum  
autem de ablatione, jurisdictionis aliquo clato tex-  
tu probari deberet; pœnae enim stricte sunt inter-  
pretandæ.

4. Petes : Hac sententia posita quæ erit distinctione inter vitandum excommunicatum , & non vitandum ?

5. Respond. Hac distinctio erit, quod à vitando  
scienter nemo sacramenta accipere possit, possit ve-  
rò à non vitando; Neque enim Constitutio Martini V.  
data est in favorem excommunicatorum, sed in  
favorem Fidelium, ne anxietatibus multis intricar-  
entur. Et vitatio, qua per illam demandata est pro  
duobus generibus excommunicatorum, nimis  
denunciatorum, & notoriotorum percussorum Clerici  
decreta est in excommunicatorum horreto, & pœ-  
nam, & in Fidelium tetrorem, supposita notitia &  
scientia qua ex denunciatione, & notorietaate per-  
cussionis Clerici procedit: Posita tamen inculpata  
ignorantia aliquis Fidelis, non est verisimile quod  
ab ignorantie sit ille quantumvis publice denun-  
tias, vel notorius percussor Clerici vitandus sub peccato  
mortali, & consequenter cum ex parte sua non  
peccet petendo absolutionem, probabiliter ex funda-  
mentis adjunctis puto ejusmodi validè absolutum.  
Hecq; deduxi latius ob eas occurrentes in animarum  
solatiorum: Hac est enim hujus facili misera-  
ndia conditio: ut excommunicatus etiam denunzia-

tus nominatim Romæ (ut vidi ad valvas S. Petri) vel etiam ob percussionem Clerici , non obstante ista denunciatione , & notitia percussionis Clerici audieat confessiones ad se recurrentium audire, & cum accedentes idiotæ , & simplices sint, vel minus veritati in ipsis confidenter accedunt , nec vitandos sciunt. Cum itaque ( ut ex rationibus adductis patet ) fundamentalis iurisdictio respectu absolutorius per excommunicationem simplicem ( exclusis aliis penis ) non videatur ablata, non video cur Absolutio annuletur. Hæc interim subjicio prudentum judicio, & Ecclesiæ, alteram autem sententiam Doctorum communi vestigio magis tritat , tanquam securiorem sequor, alteram tanquam non improbabilem proposui. Hucusque Marchant.

6. Sed ego puto profrus non esse recedendum à negativa sententia, & contra Victoriam vide Hieronymum Llamas in *Summa*, p. 1. cap... quæst. 15. qui fallam ejus sententiam vocat; est enim contra communem Doctorum opinionem teste Coninch. de *Sacram.* disp. 4. dub. 10. num. 99. Sayro de *Cens.* lib. 2. cap. 6. n. 6. Castro Palao tom. 6. d. 2. punct. 1. 3. n. 9. Marco Serio concivi nostro viro quidem docto, tom. 2. de officio Parochi, disp. 1. dist. unica, quæst. 11. num. 1. & aliis; dicendum est igitur cum Avila de *Cens.* part. 2. cap. 6. disp. 3. dub. 1. concl. 3. Quod si Sacramentum penitentiae administretur ab excommunicato non tolerato extra articulum necessitatis, erit nullum.

7. Probatur; nam talis Sacerdos extra casum necessitatis vel nullam habet iurisdictionem, vel ut propriis dicam habet eam impeditam, & ligatam; ergo, Et hanc conclusionem intelligo etiam de confessione venialium, nam ad absolvendum à venialibus etiam requiritur iurisdictio, & haec datur ab Ecclesia, & per consequens, potest tolli, vel ligari ab ipsa Ecclesia, nam res per easdem causas disolvuntur, per quas nascitur. Hinc sequitur, quod licet aliquis cum ignorantia invincibili confiteatur hujusmodi Sacerdoti, confessio erit nulla, & veritate comperta, erit necessarii iteranda, & loquor de confessione mortalium. Hoc autem corollarium intelligitur quando ignorantia est particularis hujus, vel illius penitentis, scimus si sit ignorantia communis, & ta-

Sup. hoc leg. doctrinā Refo. & §§, not. seq. lis Sacerdos habeat aliqualem titulum, v. g. Sacerdos qui in Hispania est nominatus excommunicatus, & denunciatus, vel notorius persecutor Clericorum, venit in Siciliam, ubi hec ignoratur, & confertur sibi beneficium patochiale, confessiones quas audit validas sunt. Quicquid in contrarium alletur Palauis in 4. disp. 17. disp. 7. col. 12. Probatur, nam titulus praeflumpitus, & communis error facti conferunt jurisdictionem, ut ait Cajetan. in Sunm. verbo absolutionis impedimenta, & verbo confessionis iteratione supra in Navarr. cap. 9. n. 4. & alijs Auctores qui fundantur in 1. Barber. ff. de offic. Prætoris.

Signanter in 8. Secundo, nam in hoc casu potius praesumendum est quod Ecclesia vult propiscere communianibus & nisi saluti Fidelium dando jurisdictionem huic Sacerdotio, quam punire illum cum tanto deterrimento tentibus doctrinā præcitatam.

**R E S O L . X I I I**

*An Sacerdos suspensus valide absolvat?* Ex part. 5  
tract. 10. Ref. 52.

**N**egativè responderet Sotus in 4. diff. 22.  
Ref. 1. post quæst. 1. artic. 5. conc. 2. & diff. 1. 8. q. 3.  
seq. prope finem §. pe art. 3. dicens absolutionem datam à suspenso effa-  
nuit, & in si nullam. Sed merito hanç sententiam ex ejusdem fa-

milia refellit Victoria in summ. de Clavib. n. 227. ne s. ult. & Cajetan. in 3. punt. q. 82. artic. 9. Vide etiam Navarrum cap. 9. num. 7. qui si talis Sacerdos ante habeat jurisdictionem, valida est ejus absolute, ut aperte patet ex Extravag. ad evitanda. & ita hanc tentiam docet etiam Ludovic. à Cruz in Bulla Cruc. dist. 1. cap. 2. dub. 1. 8. n. 7.

RESOL. XIV.

*An Sacramentum Pœnitentia ministratum à Sacerdote interdicto sit nullum, & ejus absolutio invalida? Ex quo aliqua alia inferuntur circa hoc? Ex p. 5. tract. 10. Ref. 62.*

**S. I.** **A**ffirmativè respondet Phil. Faber de *cens.* Sup. hoc  
Proprietas  
S. petri &  
in factu  
Rec. leg.  
*In 4 sent. diff. 15. q. 1. diff. 5. cap. 1. n. 23.*  
quia privato ministerij hujus Sacramenti non est  
privatio potestatis Ordinis; ergo jurisdictionis, quia  
nulla alia adest potestas, ut patet; censura autem  
Ecclesiasticae, ut *supra* diximus, & ipse Suarez fa-  
sus est, non privat potestate Ordinis, sed jurisdictionis.  
Cum ergo in tali administratione sit carentia  
potestatis, & jurisdictionis, nulla est absolu-  
tio quod si aliquis bona fide accedat ad Sacerdotem  
interdictum, & ab illo absolvatur, dicendum est si-  
cuti in aliis casibus, in quibus fit defectus ex parte  
Sacerdotis; ut si quis baptizetur ab aliquo sine in-  
tentione debita; in his autem casibus dicimus esse  
absolutum, non quidem vi Sacramenti, quod nul-  
lum est, sed ex pia & misericordia clementia Dei.  
Ita Faber.

2. Sed ego contrariam sententiam teneo, quia interdictum non privat potestate Ordinis & jurisdictionis, sed impedit ultiū licitum illius, nec aliud colligi potest ex iuribus allatis. Solū potest objici, quod personaliter interdictus aequi paratur excommunicato, ut *suprā* dictum est, à quo certum est auferri omnino ultiū jurisdictionis si denunciatus & non toleratus sit; atque ita abolitionem sacramentalem ab eo collatam esse invalidam. Huic soli objectioni responderi potest aequiparare praeceps quod hoc, quod est effe uterque prohibitem ultiū actuum hujus Sacramenti, atque ita uterque peccabit illud ministrando, non tamen quantum ad ablationem jurisdictionis & invaliditatem Sacramenti, cum hoc non reperitur in jure expressum de interdictione sive de excommunicatione. Quod si urgeas, personaliter interdictus non potest validē absolvī: ergo nec absolvere. Patet antecedens ex supradictis. Respondetur esse disparem rationem, quia invaliditas abolitionis recepta ab interdictione non provenit ob defectū debitæ dispositionis, quia cum peccat recipiendo illam, reddit eam invalidam; invaliditas vero abolitionis late ab interdictione ex nullo capite provenire potest; & ita valida est, quia peccatum quod committit conferendi abolitionem, non potest illam invalidare; & ex alia parte interdictum non absorbet jurisdictionem. Hac Cornejo in 3. p. tr. 5. de interd. §. 1. diff. 2. dub. 3. q. 4.

R E S O L . X V .

An irregularis validè absolvat?  
Idem dicendum est de interdictione, & suspensio.  
Et an penitentis graviter peccet petens absolviacionem ab  
eo irregulari, quem scit iam non posse conferre nisi  
grave peccato, & ponat obicem, itavit absolucionis sit  
invalida?

# De Absolut. Sacramentali. Ref. XVI. 233

*Et quid, si paenitens accedit & petit bona fide? Ex p. 4. ut. 2. Ref. 68.*

**S. 1.** *A*ffirmativam sententiam docet novissimum Hurtado *disput. 1. de irregularitate difficult. 11. n. 19.* ubi sic ait: Exstinximus contra aliquos absolutionem a peccatis factam ab irregulari esse nullam, quia irregularitate impeditur quis ab illa Ordinum quantum potest ab Ecclesia impediri, Ecclesia autem potest ab solutionem a peccatis irritare, quia quamvis sit usus potestatis, seu jurisdictionis Ordinis, pender tamen ab Ecclesia quod applicationem subditum, quia ex vi Ordinis nullus est determinatus, absolutione autem in non subditum est nulla. Ita Hurtado, & ante illum Avila de *cens. part. 7. disp. 2. dub. 6. conclus. 7.* quod confirmatur, quia absolutione est actus Ordinis ex parte potestatis activae, licet connotet jurisdictionem ex parte materiae.

**2.** Verum mihi contraria sententia placet, quam docet Petrus Cornejo in 3. part D. *Thomae tract. 5. de irregular. disp. 5. dub. 3. quest. 3. num. 4.* Villalobos *tom. 1. tract. 21. difficult. 2. num. 8.* ubi sic ait: [No era privado el irregular de la Jurisdiccion en el sueto de la penitencia segun la mas probable opinion de fuerte que licitamente puede el proximor obispo aunque este irregular dar licencia a un Sacerdote para que confesse y si el irregular oyesse confessiones aunque pecaria mortalmente porque haze officio de orden, mas si de hecho absolviele valdria la absolucion porque tiene potestad de orden y Jurisdiccion y ansi como el que esta prohibido de celebrar por estar descomulgado o irregular si celebrasse, consagraria, lo mismo es a qui. J. Ita ille, & ante illum Suarez de *censur. disp. 40. sect. 2. num. 45.* & novissime hanc sententiam tener etiam Propositus in 3. p. q. 5. de *irregular. dub. 3. num. 13.* ubi sic afferit. Dubitari potest, an absolutione impenitentia ab irregulari sit valida, quando scilicet ratione irregularitatis impeditur eam impendere. Suppono futuram validam, si quis per iudicem non sit nominatum declaratus irregularis, juxta Extravag. ad evitanda, cum in gratiam aliorum saltem eo casu relinquatur usus jurisdictionis; quamvis peccet irregularis, si se ingrat; & quantum verò procedit in casu quo irregularitas sit per iudicem promulgata, negat Avila, afferit Suarez, si non inveniatur obex ex parte penitentis quod dicit sensisse viros doctos a le confitentes. Idem censem de suspensione ab Ordine, & de interdicto, quia sententia est validi probabilis, quia irregularitas non irritat actus Ordinis, etiam eos, qui sunt ex institutione Ecclesie, ut consecrationem templi, altaris, calicis, &c. nec etiam irritat actus jurisdictionis, nam irregularis precise ratione irregularitatis non impeditur, quo minus possit etiam licet excommunicare, leges ferre, &c. ergo ex hoc capitulo absolutione sacramentalis non redditur invalida. Hac Propositus loco citato.

**3.** Sed pro praxi circa praesens dubium dicendum est cum Turriano de *censur. lib. 8. disp. 53. dub. 2.* seclusa ignorantia penitentis in casu de quo loquuntur non posse validam esse absolutionem, quia peccator graviter petens absolutionem ab eo, quem scit non posse illam conferre sine peccato gravi. Sed sic accedit penitentis bona fide, exstinximus illum Sacerdotem posse absolvire, quia est toleratus ab Ecclesia, & publicè exercet officium suum, valida erit absolutione. Ita ille. Sed Propositus, ut vobis est, hoc etiam admittit in casu, quo irregularis est publicè denunciatus, quod tu semper intellige, quando penitentis accedit bona fide.

*Tom. I.*

Aliter ponet obicem, & ex hoc capite absolutio efficit invalida, & ita hanc sententiam affirmativam etiam irregularis sit publicè denunciatus, prater Doctores citatos tenet etiam Coninch. de *censur. disp. 18. dub. 1. num. 7.* probans absolutionem ab illo datam esse validam, licet Hurtado & Avila ubi supra, & Navarr. in *manual. cap. 9. num. 8.* doceant, quod suspensus & interdictus invalida absolvit.

## RESOL. XVI.

*An si non adsit Sacerdos nisi mutus, possit in articulo mortis absolvere moribundum signis, aut scripturis? Et supponitur esse de essentia sacramentalis absolutionis, ut proferatur voce humana. Et negatur Angelos ministrare posse Sacra menta etiam per corpora assumpta? Ex part. 11. tract. 6. & Msc. 6. Ref. 14*

**S. 1.** *S*uppono esse de essentia absolutionis Sacramentalis, ut proferatur voce humana. Ita communiter Doctores, afferentes Sacra menta novae legis essentialiter conitare verbis humanis, defensione quorum negant Angelos ministrare posse Sacramenta, etiam per corpora assumpta; quia nequeunt in illis humana verba exercere. Lege Cajet. 3. p. q. 64. ubi Scotum impugnat, *disp. 7. q. 1.* affirmat quodlibet suppositum intellectuale posse Sacramentum Baptismi ministrare: fundamentum sunitur ex Christi institutione, quae nobis usu, & traditione Ecclesie constat, praecipue ex Florentino in decreto Eugenij: ubi primò de omnibus Sacramentis totam, & universaliter affirmat ea verbis perfici. Secundo, alium §. ejus formam hujus Sacramenti assignans, ait, esse verba annos, absolutionis, quae Sacerdos protet, cum dicit: *Ego te abservo, &c.* Sumi autem eo loco verba à Concilio secundum proprietatem, confirmat exceptio quam infra addit de sacramento Matrimonij, cuius causa, inquit, efficiens regulariter est mutuus consensus, per verba de praefecti expressus, ubi addens, Regulariter, ostendit in reliquis necessaria esse verba proprie sumpta; nam exceptio, ut Jurisdictio aiunt, regulam firmat. Confirmatur: nam pari modo possent reliqua etiam sacramenta sine verbis à ministro prolati, sed tantum scriptis, confici. Nemo autem dixerit, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Ordinem, Extremam Unctionem, perfici tantum scripto. Majorem ostendo; quia non minus forma hujus sacramenti, quam reliquorum colligitur ex verbis Scripturae, constitut autem, formam aliquorum sacramentorum propriis verbis humanis esse profrendam: ergo & hanc.

**2.** His positis, difficultas est, an saltem in articulo mortis, si non adsit alius, nisi Sacerdos mutus, possit absolutione notibus, vel scriptura impendi. Et negative responderet Nicolaus Ylambert in 3. p. t. 3. *disp. 8. art. 3. n. 8.* ubi sic ait: Si verba propria & ore Sacerdotis prolati, effent de essentia forme sacramenti Penitentiae, Christus Dominus non videtur satis prudenter providisse saluti hominum; quia potest interdum contingere, ut fidelis moribundo nullus adsit Sacerdos, quam mutus, vel elinguatur: ergo in tali casu absolutione per eum data scripto, vel nutu valebit: ergo cum essentia hujus sacramenti, & forme illius eadem sit extra casum necessitatissima, ac in casu necessitatis; sicut mutus ille, vel elinguatur validè absolvit moribundum sibi praesente, sic etiam absolutione quoad suam essentiam non postulabit quod sit vocalis, & pronuncietur ore Sacerdotis. Respondetur, negando, sequi ex nostra sententia.

*Sup. his sup. grā prope finem §. Venerum. hujus Ref. à vers. Idem censer, & in duas Ref. præteritis.*

ta Christum Dominum non satis prudenter statui  
hominum, & eorum saluti providisse. Primo, quia  
ad id non requiritur, ut omnibus, & singulis casi-  
bus etiam Metaphysicis, providerit salutis uniuscuius-  
jusque privati in quolibet statu constituti; quia ad  
hoc ut dicatur prudenter providisse salutis uniuscuius-  
jusque hominis; satis est quod instituerit reme-  
dium, quod debite usurpatum sit unicuique adipiscen-  
cenda salutis aeterna remedium efficax, quantum  
est ex se; & ad rationem gratiae sufficientis, & re-  
medii ejusmodi sufficit, quod defectus applicationis  
illius ad ponendum ejus effectum in homine non  
teneat se ex parte Dei, vel Christi Domini; sed per  
concursum aliquorum agentium naturalium istud  
remedium impediatur hic & nunc applicari; hoc  
enim est per accidens, cum Deus non eo fine hunc  
concursum intendat, nec teneat impedire ordinem  
quem suavis ejus providentia postulat, nimirum ut  
finat causas naturales, & liberas agere modo sibi na-  
turali, & proportionato. Deinde respondeatur, ho-  
minem illum moribundum posse in tali casu conte-  
ri de peccatis cum voto confundi Sacramentali-  
ter sua peccata, & sie salvari absque reali suscep-  
tione Sacramenti Penitentiae. Hucusque Ysambert, cui  
etiam adde doctissimum Marinon disp. 52. de pa-  
nitent. sett. 1. n. 1. & 6.

3. Sed superius adducta non admittit Joannes Pontius in *Curse Theologico*, disp. 46. q. 2. conel. 2. m. 9. in extremo vita periculo ; tunc enim si non adcesserit nullus Sacerdos , nisi qui non posset loqui non esset inconsultum ; aut Pontius , confiteri ipsi & recipere absolutionem in scripto , aut nubibus ab ipso. Et quidem in illo extremo vita periculo temerum ex charitate succurrere proximum eo meliori modo quo possumus , sed melius est adhibere in illa necessitate Sacramentum dubium , quam nullum adhibere Sacramentum. Ergo , & in capitulo nostro melius est adhiberi absolutionem dubiam , videlicet nutu , vel scripto , quam nullam. Addes , quod licet ut diximus , communis opinio Doctorum alferat absolutionem Sacramentali voce humana debere proferri , tanen contraria opinio cum adhuc non sicut ab Ecclesia damnata , videtur factem in articulo mortis.

*Sup. hoc in tis practicanda per superius adducta. Autores vero Refol. et §§. 20 , qui sustinent non esse de essentiis absolutionis anno. pri-  
me hujus Ref. Sacramentalis , ut proferatur voce humana , sunt Paulinus in 4. disp. 17. q. 2. art. 1. Adrianus in 4. q. 1. de Confessione , §. sed oritur. Medina Cod. de confessione , quæst. 1. 5. de modo secerit. confundendi. Petrus Sotus , fect. 11. de ratione secreti necessary in confessione . Navarr. in *Suum* , cap. 21. num. 36. Probatur , quia absolutione Sacramentalis est quadam sententia in foro conscientia data ; de ratione autem sententiae non est , ut proferatur voce , cum possit scripto , nutu , vel alio ligno externo exprimi , ut patet de absolutione ab excommunicatione. Nec refert , quod hoc forum sit secretum , quia secreta , vel publica expressio sententie non variait essentialiter sententiam. Constatnatur : Confessio facta nutu , vel scripto est valida ; ergo etiam absolutione.*

3. Verum, his non obstantibus, cum sententia negativa vocetur à Theol. certa, ut ait Card. Lugo de Saer. Euchar. disp. 13. sect. 1. n. 2. Granatus in 3. p. com. tr. 1. disp. 6. sect. 1. n. 1. & alij, non aude rem sententiam Joannis Pontij practice approbare, sed ejus finalem resolutionem iudicio Sanctæ Sedis remitto. Et quidem nimis premit, & urget, ut dixi in principio Resolutionis, modus loquendi Eugenii Papæ in suo decreto, sect. ult. Concil. Florent. Patrum Concil. Trident. citato cap. 3. sect. 14. qui dum de hoc Sacramento loquuntur in particulari utuntur terminis, importantibus vocalēm & orationem

pronunciationem forme. Nam Eugenius in suo decreto, ita ait: Hujus Sacramenti forma sunt verba absolucionis, quæ Sacerdos profert cum dicit, *Ego te absolvō*: Ubi termini ipsi, quæ Sacerdos profert cum dicit, sunt diligenter expendendi; non enim possunt retinere suam veritatem in tali oratione, nisi prout denotant vocalem pronunciationem itorum verborum fieri a Sacerdote, ut per se patet, sicut significat id esse de essentia hujus forma. Patres item Trident. dicunt, formam hujus Sacramenti illis ministri verbis positam esse; *Ego te absolvō*. Idem cap. 6. egendo de absolutione Sacerdotali, ita dicunt, velut à judice sententia pronuntiatur, quæ omnia, & singula sic accurate posita significant evidenter formam hujus Sacramenti debere vocalem esse, seu debere voce Sacerdotis absolvientis pronuntiari. Et licet aliqui DD. asserant, quod in articulo mortis possit sub conditione baptizari aliquem cum aqua rosacea, tamen in hoc casu ipsi contendunt, & conantur salvare Baptismum esse collatum in materia apta, & designata à sacra Scriptura, & Conciliis; quia cùm secundum aliquos Philolophos Elementa fini in mixto, aqua rosacea, vel ab herbis elicita dici potest aqua. Sed in casu de quo loquimur, nescio quo pačo possint verifieri verba Conciliorum, quod Confessarius absolvendo sua, vel scriptura, dicatur proferte absolucionem voce humana; Ideo, ut dixi, tu cogita.

RESOL. XVII.

*An sit absolvendus, qui non confitetur nisi generalia?*  
*Et pro praxi queritur, an si rusticus, qui grosso modo sine certo numero peccatorum mortalium: indecto Parochio bona fide confessus est, teneatur postea, de dicto errore, confessiones factas reiterare?*  
*Et an sicut in dicto casu teneatur Rusticus denso confiteri, & declarare numerum peccatorum, qui in aliis Confessionibus non fuit confessus, sed in consilio tantum?*  
*Et observatur, quod in articulo mortis, si aliquis dicteret in specie commissi multa perjuria, v.g. non explicando numerum propter temporis angustiam, posset absolviri, &c.*  
*Et notatur confessiones bona fide factas post confessionem invalidam non esse necessario repetendas.*  
*Et datur Regula, quonodo paenitens debet se accusare de peccatis omisissi in confessionibus invalidis, quando denuo validè confiterit. Ex p. 11. tract. 6. & Misc. 6. Refol. 69. aliis 58.*

**S. I.** **A**d hunc casum sic responderet Caspensis  
*in Cur. Theol. tom. 2. tr. 24. disp. 4. sect. 15.*

*n. 135.* Inquieris quid sit faciendum cum homine ri-  
di, qui non confitetur nisi quadam generalia? Re-  
spondenter si fit vere atritus, & vere apprehendatur le-  
peccasse, absolvendus est: communiter tamen, &  
extra necessitatem non est absolvendus, quia eo ip-  
so quod non confitetur aliquid peccatum in parti-  
culari, sufficienter intelligitur non apprehendisse,  
quid sit peccatum, maxime cum interrogantur de re-  
bus in particulari, in quibus regulariter datur pec-  
catum ad minus veniale, ut de distractione in ora-  
tione; ipse tamen semper respondet in nulla re illa-  
rum peccasse, quapropter neque attritionem habere  
potest. Ita Caspensis.

poterit. Ita Calpensis.  
2. Verum Paschaligus in Theol. tom. 2. dis<sup>put</sup>. 83; se<sup>ct</sup>. I. num. 10. putat posse absolviri eum qui solum dicit se peccasse, etiam si nesciat exprimere aliquod peccatum sive in genere, sive in specie, quia dum non

De Absolut. Sacramentali. Ref. XVIII. 235

non scit explicare, censetur impotens ad explicandum; qui autem est impotens, potest absolviri, si solum le accuset, quod peccaverit, ut constat in moribundis.

3. Non distinam etiam hic apponere ea, quae novissime adducit Remigius in *Pratt. Confess. tr. 5. c. 5. §. 9. num. 5.* Acontece(ait ille) llegar a confesarle algún penitente, que nunca, ó muchas veces no se ha confessado bien y enteramente, por no aver dicho el numero los pecados con buena fe, ó porque se confessó con Confesores ignorantes, ó por mejor decir tan inadvertidos, que no le avisaron nunca deste yetro tan notable y cocinodo. Querer pues, que semejante penitente vaya a suplir este defecto, es nunca acabar, y affligible demasidamente y hazer el Sacramento algo odioso; y assi enseñan los Doctores, que sfando el penitente con buena fe, y persevera en ella, no tiene el Confesor necesidad de preguntarle, ni hablare nada desso, sino procure instituirle para en adelante, como dice doctrinamente Marcanzio: *Nam etiam si quandoque confessiones fecerit materialiter non integras, propter bonam tandem fidem censentur formaliter integrae.* Pero si el penitente en la confession dixerit, ó preguntare algo de si està bien confessado, ó no, en tel caño que no se ha de mandar que repita las confessiones hasta allí, ha de hazer que supla el defecto que cometio en ellas, diciendo el numero verisimil de los pecados que dexò de decir en à aquellas confessiones, y bastara decir avyendo hecho una mediana diligencia de examen. Ita ille.

dentis questionis) non procedit, cum absolutio supponatur directe terminata ad omnia peccata contenta in illa multitudine quam rusticus crassò modo confitetur.

6. Sed quia satis est consolatoria illa opinio, quod detur confessio informis, sed valida contra Vasquez, Suarez, & alios, vide illos, quos adducit & sequitur me citato Leander *ubi supra* q. 75. Unde minimè dubitandum est hanc sententiam securam esse in praxi, & ex magnis angustiis liberare Confessarios, & penitentes.

7. Et nota hic etiam confessiones bona fide factas post confessionem invalidam, non esse necessarium repetendas. Ita Lugo ubi supra n. 599. & me citato Leander q. 89. qui etiam optimè quasf. 91 contra Vasquez, Valentiam, Layman, Reginaldum, & alios, docet non esse necessarium repeti omnia mortalia distinctè, quando iteratur confessio invalida cum eodem Confessario, sed sufficere in eo casu quod in generali se acuseat de omnibus mortalibus, qua in confessione invalida fassus fuerat, & in speciali & distincti declarat illud peccatum, quod tacuit, & sacrificium ob hoc commissum, & si quod de novo alia habet mortalia; etiam si Confessarius, nec predicatorum peccatorum, aut penitentia recordetur. Quia penitens in prima confessione licet invalida, verè declaravit distinctè, & in specie sua peccata eidem Confessario. Et hic verè injunxit penitenti pénitentiam proportionatam, ergo nihil obstat, quod minus suæ obligacioni satisfaciat; etiam in generali solum se accusando, & dicendo. Accuso me

de omnibus peccatis , qua in confessione invalida tibi aperui , & insuper de illo peccato , quod tacui , de sacrilegio ob hoc admisso , & de novo de hoc , & de hoc peccato . Ex quo infertur posse optimè paenitentem , qui diu eidem Confessorio confessus est , reciterare uno verbo omnes illas confessiones , dicendo ; Accuso me de iis omnibus , qua tibi in aliis confessionibus , confessus sum . Quod quidem est optimum , & facile remedium , quando habet aliquod scriptulum de defectu aliquo in eis commissis ; accusando se simul de illo defectu , si culpabilis fuit .

Sup. hoc le-  
ge doctri-  
nam Reso-  
lutionum  
not. seq. &  
Suprà in tr.  
3. Ref. 112.  
& 113. & in  
aliis earum  
annotatio-  
num.

Sup. hoc sup  
rā in tr. 3.  
Res. 119. §.  
ult. & si plac-  
et lege  
alias Res.  
eius primæ  
not.

Sup hoc in  
tribus pri-  
m is Ref. an-  
not. præte-  
ritæ, & si-  
gnanter in  
Ref. 2, & 3.

Sup. hoc su-  
pra in tr. 3.  
Resol. 37. §.  
ult, à lin. 5.  
ex vers. re-  
cte obser-  
vat.

RESOL. XVIII.

*An pro danda absolitione sufficiat, quod pœnitens se accuset de peccato veniali in genere? Ex part. ii, tract. 5. & Misc. 5. Ref. 53.*

**S.** i. **C**asus est satis practicabilis cum poenitentiis  
tibus idiotis, & etiam cum personis spiritualibus, & illum novissimum pertraetum Dicastilium  
de Sacramentis, tom. 2. tral. 8. disp. 9. dub. 9. num. 760.  
ubi sic ait: tandem posset aliquis colligere ex dictis  
non solum in casu necessitatis, sed etiam per se lo-  
quendo, confessionem peccati venialis in genere esse  
per se sufficientem materiam absolutionis in eo, qui  
solum habet venialia. Respondeat Surius disp. illa  
23. sect. 1. n. 10. fortasse speculative, ita esse propter  
jam dicta, nempe quod peccatum in communi pos-  
sit esse materia, cum ex alio capite non sit praece-  
ptum confitendi venialia in specie. Probatque tanquam  
simili de eo, qui confitetur tantum verba oriosa, in  
qua confessione non magis conscientiam suam de-  
clarat, quam qui dicit peccatale venialiter: nec  
magis variat iudicium Confessarii. Nihilominus  
practicè putat negandum hoc esse propter incer-  
titudinem materię. Ait ergo, licet homo ab-  
solute non teneatur specie venialium confiteri,  
tamen supposito quod vult confiteri, teneri ad  
exhibendam materiam omnino certam, si possit,

& ideo saltem aliquod veniale in particulari teneri confiteri.

2. Mihi autem illud prius satis probabile apparet, nempa sufficere confessionem illam in genere, etiam si possit veniale in particulari confiteri, quia eo ipso quod probabile sit eam esse materiam sufficientem, & ex alio capite non esse necessariam materiam, non video cur non possit licet eam adhibere tantum. In Sacramentis enim, quae nullo modo sunt de necessitate salutis, quale est de solis venialibus, in tali casu, non videtur ita necessarium adhibere materiam omnino certam, ut obligetur quis sub culpa maxime mortali. Nam ad hoc, ut quis prudenter operetur, satis est, quod adhibeat materiam probabilem. Hac autem est valde probabilis.

3. Addo, quod si hoc speculativè verum est, etiam practicè erit verum. Tunc enim tantum in re mortali dicitur aliquid speculativè quidem verum, sed non practicè, quando id, quod in speculatione consideratur, non potest exhiberi in praxi, quin aliqua contingat variatio. Quando vero omnino invariatum potest reduci ad proximam ea ratione, quia consideratur in speculatione, si speculativè verum est, practicè quoque verum confiteri debet. Quapropter, cum confessio venialis in genere possit in praxi exhiberi eo modo, quo speculativè confiteri sufficiens, erit quoque practicè censenda talis. Hucusque Dicatillus.

#### RESOL. XIX.

*An qui cum dolore universali se accusat in confessione de venialibus, non determinando peccata in particulari, remaneat absolutionis ab omnibus? Ex part. 11. tract. 5. & Misc. 5. Resol. 24.*

§. 1. **Q**uestio est practicabilis & curiosa, & nimis docte examinata à Patre Dicatillo, unde hīc per extensum apponant ejus verba, sic itaque aferit de Sacram. tom. 2. tract. 8. dist. 6. dub. 17. n. 312. His premissis, affero, ut peccata venialia de quibus agimus sint materia Sacramenti directe, & sufficienter proposita, non esse necessarium, quod Confessarius, vel ex modo confitendi, aut ex persona confidente aliisve circumstantiis cognoscat quod sint, saltem in confuso, talia peccata, sed satis esse, quod illa confiteatur in communi absque illa determinacione, ita ut si nec poenitens ex sua parte, neque confessarius ex sua restringant intentionem ad aliqua determinata, omnia ad quæ legitimus dolor se extendit, remittantur. Ratio est, quia nisi necessitas saltem ex pracepto in Sacramento postulet determinata cognitionem, Sacramentalis virtus ad omnia peccata potest se extendere: sed necessitas Sacramenti Pœnitentie comparatione venialium non sic postulat determinata cognitione multitudinem peccatorum remittendorum: ergo ad illam totam potest se extendere. Utraque præmissa probatur. Primo à simili in Sacramento Eucharistia: nam in Sacramento Eucharistia, ut diximus loco notato, etiam si quis nesciat quod sint hostias consecrandæ sibi proprie, consecrat omnes quæ continentur, v.g. in pixide: ergo & absolvere potest omnia peccata, quæ continentur in intentione confitentis, etiam si non sciat determinata aliquia ratione quod sint. Neque enim minus potens est absolutio legitima ad absolvendum quotquot peccata per confessionem in confuso significantur, quam consecratio ad hostias, quotquot confusè in pixide cognitæ continentur: nec minus debet esse determinata materia Eucharistia, quæ demonstratur pronomine

Hoc, quam materia absolutionis, quæ determinatur per confessionem: ergo sicut virtus consecratio se extendit ad omnes hostias consecrandas, poterit se extendere virtus absolvitoria ad omnia peccata absolvenda, etiam si in utroque casu non determinata aliquia ratione cognoscantur quod sint hostias consecrandæ, & peccata remittenda.

2. Probatur 2. quia ut concedimus, Sacramentum Pœnitentia tunc valet, etiam si non determinatur materia, nec est major ratio peccati unius, quam alterius: ergo vel omnia, vel nulla peccata remittuntur. Quod valeat, omnes quidem supponimus, quod autem non determinatur materia ad hæc potius, quam ad illa, debet etiam supponi necessariò: alioquin non esset noster casus, in quo disputamus de confessione, dolore, & intentione in communi, nihil determinando in particulari. Ita ille. Et postquam ad alias difficultates respondisset num. 318. sic subdit.

3. Ab his & aliis difficultatibus liberabimur, si dicamus omnia remitti, quotiescumque praedicto modo confiteritur homo cum dispositione extendente se ad omnia propter rationes dictas. Atque hoc ipsum habet locum non solum in peccatorum venialium confessione, sed aliquando etiam in mortali bus quoad directam absolutionem, ita ut esse possit, & non raro casus, in quo peccata mortalia omnia directe absolvantur, quin in particulari specie, aut numero explicitur Confessario, neque Confessarius intelligat, quæ, vel quod sint, quæ pœnitens subiicit, in quo casu omnia, & singula mortalia (& quidem directe) absolvuntur, quod hic probo propendo prius casum non infrequentem.

4. Aliquis moribundus multis peccatis mortali bus gravatus est, & præsentis Confessario (ut tollamus alias quæstiones de signis datis in absentia) dat tantum signum, quod peccaverit; & velit confiteri, nullo explicito particulari peccato, nec in numero, ita ut Confessarius tantum intelligat illum confiteri, etiam si quod peccaverit, & dolet, & nihil possit ille amplexis explicare: in tali casu danda est illi absolutio, & peccata remittuntur & quidem directe: hoc ultimum de directa absolutione probo: quia absolvuntur, sed non indirecte: ergo directe. Minorem probabo, quia absolutio indirecta aliquius peccati, tunc tantum est, quando absolvendo directe aliquod peccatum, aliud absolvitur consequenter per gratiam remissionis mortalis directe remissi: quia scilicet illa gratia non patitur secum mortalia; atque adeò cum non sit obex, quia habet (ut suppono) universalem attritionem, gratia confertur, per quam absolutio non solum directe tollit illud, quod datur pro materia, sed reliqua etiam tollit indirecte: In nostro autem casu nullum in particulari datur pro materia directa, sed omnia æquiter in confuso subiiciuntur: ergo, vel omnia æquè primò remittuntur, cum non sit major ratio, ob quam absolutio cadat directe supra unum, quam supra aliud, atque adeò, vel confessio erit nulla (quod est falsum) vel omnia æquè primò absolvuntur; directe quidem, sed non dicta explicitè. Quapropter, si homo ad le redat, tenebitur suo tempore explicitè species, & numerum peccatorum confiteri, quia licet directe fuerint absoluta, non tamen explicita specie, & numero ad quod etiam tenetur, ut certa doctrina docet.

5. Si ergo absolutio directa cadere potest supra mortalia in confuso dicta, absque eo, quod intelligatur, quæ, & quod sint peccata commissa; pari, immo potiori ratione poterit cadere supra venialia absque eo, quod innotescat Confessario ex aliquo capite, quæ aut quod sint ea peccata. Præsertim, cum in ve-

# De Absolut. Sacramentali. Ref. XX.&c. 237

nialibus non detur absolutio indirecta, quia gratia qua datur intuitu aliorum peccatorum, qua dicuntur in confessione non apponitur peccato veniali, cuius si in homine iusto reperitur attrito, vel per ilam remittuntur, vel, si juxta alias sententias non sufficit attrito, vel non omnis attrito; Sacramentum penitentiae non attingit illa, ex vi productionis gratiae, que conferetur per absolutionem aliorum peccatorum, quia haec gratia (ut dicebam) non habet oppositionem cum illo: ergo non est locus absolutionis indirectae. Atque adeo, si in nostro caso confessionis factae in genere remittuntur veniales, directe remittuntur & omnia: Directe quidem, quia non est unde indirecte remittuntur, sed ex vi confessionis illorum factae in communione & absolutionis ad illa directe, omnia vero remittuntur; quia non est ratio ob quam haec potius quam illa, & ad omnia æquè primo referuntur absolutiones jam dictæ.

Et hec omnia docet Dicastillus ubi suprà, quibus ego libenter calculum meum adjungo.

## RESOL. XX.

An qui inadvertenter non absolvit penitentem, possit illum absolvere parum distat. Ex part. 5. tr. 3. & Milc. 1. Ref. 56.

§. 1. DE hoc dubio alibi dictum est, nunc verò tantum adducam opinionem Petri Ochagavia de Sacram. tract. 2. de Confess. sacram. quæst. 41. num. 6, ubi sic ait. Quod si penitentem debite de depositum dimisit quis sine absolutione per inadvertentiam, aut alia via, si posset sine gravi incommmodo, deberet illum revocare, & admonere. Cum verò non potest sine scandalo revocare, & penitentis vel expectat communionem, vel ex qualitate persona cognoscit quod non incidat in novum peccatum, debet absolviri, si est praefens, licet aliquantum remotus, alias commoditas expectanda, & admundendus. Ita Ochagavia.

## RESOL. XXI.

An in dubio, si puer habeat usum rationis, sit absolvendus.

Et maxime in articulo mortis an sit absolvendus, & abfolvi debet?

Ex quo enim deducitur, quod si quis adulterus confiteatur aliquid, quod dubitetur, an sit veniale, an sit absolvendus saltem sub conditione? Ex part. 4. tr. 3. Ref. 53.

§. 1. SI omnibus consideratis de pueri capacitate dubium manet, tunc absolviri potest sub conditione, saltem animo retentissimo in mortis articulo absolviri debet, tali praesertim casu necessitatis, & in dubio inclinandum est in favorem animæ. Ita Layman in Theol. mor. lib. 4. tract. 6. cap. 5. num. 7. & ante illum Zambranus de cas. temp. mor. cap. 4. dub. 3. num. 4. & 9. quia in dubiis favendum est penitenti, qui habet jus ad Sacramentum ratione confessionis. Secundum, quia, ut docent multi, si quis adulterus faretur aliquid quod dubitatur an sit peccatum veniale, est absolvendus sub conditione (quamquam in dicto casu melius sit dicere aliquid peccatum saltem veniale certum vitæ præterire, etiamsi sit confessum.) ergo & in nostro casu, eadem enim est ratio, scilicet dubium de materia Sacramenti. Denique rationes pro articulo mortis, ferè æquæ

casu praesenti, in quo de sua contritione dubitant probabilitate, & hi sunt Toletus lib. 3. summ. cap. 6. Sotus in 4. disp. 1. 8. q. 2. art. 6. Victoria, Valentia, Cananea. §. 1. & in difficultate, & in notarium in Toleto, cap. 6. lib. 3. & certa ambiguitate in casu loquitur Henriquez lib. 2. de penit. cap. 2. Dicendum tamen est in praesenti casu, in quo quia in mortis articulo dubitat an veram habeat contritionem, teneri vel publicè, vel per interpretationem faltem aliqua peccata minoris scandali confiteri propter periculum salutis aeternae, magis est enim periculum salutis aeternae, quam infamiae, & major jaetura illius, quam fama temporalis amissio. & ita docet Fagundez pr. 2. lib. 3. cap. 3. n. 1. qui citat Suarez, Petrum Sotum, Canum, & Sylvestrum, quibus ego addo Granadum de Sacram. in 3. part. contr. 7. tr. 9. disp. 4. n. 2. Sed ego, ut verum fatear, semper putto in tali casu probabiliter dubitandum esse de contritione, per ea que ipse contr. 7. tr. 1. disp. 9. sect. 6. n. 28. afferit, ut infra dicam: ergo facienda videtur confessio, & sufficeret unum solum peccatum declarare, omisiss etiam gravioribus, ut docet Hurtadus disp. 8. diffic. 2. Imo plus addo, quod si in particulari non possent supradicti peccatum aliquod declarare, sufficeret omnes cum aliquo signo significant se peccatis. Sed audiamus doctrinam Hurtadum de sacram. Panit. disp. 9. diffic. 10. ubi sic ait: In periculo mortis ut in peste, bello, aut naufragio, quando periculum imminens aliud non permittit, possunt omnes simul signo aliquo, ut genuflexione, significare se peccatis in communis, & de eo dolere, ut contingat, si Confessarius dicat, omnes qui volunt à peccatis absolviri, genuflectant, & tunc etiam possunt omnes simul absolviri a Confessario, dicente, Ego vos absolvio à peccatis vestris. Ita Hurtadus, quod est valde notandum.

## RESOL. XLVIII.

An tempore pestis possit quis audire aliqua peccata, & confessione non finita moribundum absolvire? Et quid, si ager velit integrè confiteri? Ex part. 5. tract. 3. Ref. 74.

**N**egativam sententiam mordicus sustinet Philippus Marchinus de peste part. 3. cap. 4. num. 5. & seq. ubi ex septem argumentis conatur hoc sententiam stabilire, adi illum, & non possit nisi pigebit.  
2. Non desunt tamen doctores affirmativam sententiam sustinentes, licet consulunt Confessarios integrè confessionem audire. Et ita docet Zambranus de sacra. Panit. c. 4. dub. 6. n. 12. ubi sic ait: Si quis non audeat tempore pestis audire infectum, quia timet probabilitate sibi periculum mortis ex infectione, audiat faltem non integrè, se accommodando opinioni juniorum aliquorum, afferentem id posse fieri licet, quia sicut secundum omnes excusat penitentes ab integritate, quando ex illa sibi timet damnum corporis, vel rei familiaris, vel honoris, quia scilicet Confessarius ille injuste penitent inferret aliquod ex predictis dannis, si illi integrè confiteatur, ita etiam excusat Confessarius ab audienda integra confessione, ex qua sibi mortem timet. Ita ille, & post illum Chapeavilla de sacra. Panit. q. 26. in fine, ubi sic assertus: Quid si ager velit integrè confiteri? Respondeo, si Pastor timet probabilitate periculum mortis ex infectione pestilentis, non tenetur audire, sed excusat, secundum multos recentiores Doctores eruditos & pios, quorum ratio videtur esse, quia sicut secundum om-

nes excusat si penitens ab integritate confessionis, quando ex illa sibi timet damnum corporis, vel rei familiaris, vel honoris, quod scilicet Confessarius ipsi injuste inferret, si illi integrè confiteretur; ita etiam excusat. Confessarius ab audienda integra confessione, ex qua sibi à confitente mortem timet. Quod nota in solamen Pastorum, & eorum, qui necdum tanta charitate ardunt, ut periculum vita corporalis pro majori quiete spirituali proximi adire audeant. Hec Chapeavilla, & ideo hanc sententiam docet etiam Jacobus de Granado de Sacra. in 3. part. D. Th. contr. 7. tract. 9. diff. 5. sect. 3. n. 20. Layman lib. 3. tr. 6. c. 13. n. 4. Coninch de Sacra. disp. 7. dub. 9. n. 75. Hurtadus de Sacram. Panit. diff. 9. diffic. 10. Turrian. de penit. disp. 30. dub. 1. Suarez in 3. p. tom. 4. disp. 23. sect. 1. num. 1. & alij. Et haec opinio magis procedere si Confessarius audiendo alicuius moribundi integrum confessionem, alij sine confessione morerentur. Unde Villalobos in sum. tom. 1. tr. 9. diffic. 3. 3. num. 6. sic ait: [ El Confessor que confiesa los que estan en tormenta, basta que oyga dos o quatro pecados, o cada uno, y asi los absuelva, sino puedo oyrlas enteramente, como dice Suarez cum mucha probabilidad, y se puede seguir, La razon es, porque uno puede callar el pecado por el daño temporal que le sigue a otro, como diremos abajo, luego mejor podra por el peligro espiritual de los otros, que si no es asi, no se pueden confesar. ] Ita ille, cui ade Joannem de la Cruz in direct. conscient. part. 2. de sacram. Panit. q. 3. dub. 5. conclus. 3. ubi sic assertus: Aliquando per accidens licet dimidiatur confessio. Primo si penitens ex defectu loquelæ, aut infirmitate vexatus, non potest omnia peccata confiteri. Ita Medina in summa lib. 2. cap. 8. Secundo si Confessor timet, quod audiendo integrum penitentis confessionem ejus mortali morbo inficietur, aut si sint multi infirmi, & si Confessor audit integrum confessionem eius, ali morientur sine confessione. Hec Joannes de la Cruz.

3. Et tandem non definam hic apponere verba Gabrielis Vasquez in 3. part. tom. 4. q. 91. art. 2. Ref. 1. not. dub. 1. num. 2. ubi sic ait: Licitum est aliquando integrum non facere confessionem ex parte etiam aliorum, qui expectarent idem beneficium absolutionis ab eodem Sacerdote, ut in bello, aut peste, ubi videremus plurimos periclitantes hoc remedio indigere, & alios private illo, si unius confessio integrè exciperetur imo in hoc casu tenetur Sacerdos ex misericordia, ut alii subvenire posset, confessionem non perficere, imo ipse si non velle, qui forsan scrupulo detineretur, aut alia de causa penitentis, qui videret aliorum periculum, posset non perficere confessionem, imo teneretur, quia teneatur alij succurrere, nec detinere Sacerdotem; Secundum vero quando Sacerdos timens adhuc infectionem periculosam noller relinqueret confessionem, sed etiam integrum audire si enim non tantum penitentis non teneret eam non perficere, sed nec posset, quia quamvis Sacerdos posset, nec tenetur cum tanto periculo integrum excipere confessionem, tamen posset etiam simile subire periculum, ut integrum confessionem audire, & consolatur agrotum, & ita jam posset agrotus integrè confiteri: quod si posset, teneretur, ut confitae. Hucusque Vasquez ubi supra.

## RESOL. XLIX.

An licet absolvire moribundum, qui vult præbere eleemosynam pro sepultura in loco magis honorifico? Ex part. 5. tr. 3. Ref. 102.

§. 1. Negat

**S.1.** Negativam sententiam docuit inclitus Julianus consulus Valboa de Magroveja in *Prelect. Salmanticens. tom. 2. cap. 4. de iudicis, n. 6. 9.* ubi sic ait: Inferitur tutum non esse à simonia labo pro loco magis honorifico sepulturæ pretium accipere, v. s. intra Ecclesiam, & non in cemeterio, ut advertit Antonius 2. part. n. 1. §. 22. *Sylvest. ver. simonia, quæst. 11.* Ratio est manifesta, nam ibi tota ratio pretij est loci sanctitas, vel respectus ad majorem sanctitudinem: fateor tamen aliquos Theologos dixisse tam in ceteris venditionem licitam esse, quasi ibi solum qui Ref. 127. §. dam humanus honor vendatur in hominum apprehensione solum confitens; hanc tamen opinionem ad medium, non admitto. Nam licet motivum ementis sit honor & in tom. 5. illi humanus, id tamen, quod venditur, sanctum tr. 7. Ref. 37. est, & honor ille annexatur spirituali, sicut etiam honor humanus est quid annexum dignitati Ecclesiæ in t. 6. tr. 7. sticæ, & sicut in hoc casu committeretur simonia, Ref. 65. §. 1. similiter & in illo quam hujusmodi major honor humanus non ex alio provenit, quam ex majori loci sanctitate; ergo ea ratione locum vendere erit simonia, certissimum tamen erit sub Ecclesia prohibitione contineri. Sic ille. Sed his non obstantibus absolvat Confessarius moribundum in casu supradicto, per ea quo ego docui in part. 1. tract. 1. *Miscell. resol. 57.* & me citato, adducit Barbola de officio Parochi, cap. 26. num. 16. & seq.

## RESOL. L.

*An sit absolvendus moribundus, qui vult mutare testamentum, quod in vita fecit cum juramento? Ex part. 5. tr. 3. Ref. 122.*

**Q**uoad hoc §. 1. Afirmativè videtur respondendum, ex dicta in tom. 6. tr. 8. Ref. 101. & 102. & aliorum: quia juramentum contra bonos mores non obligat, ut habetur in reg. 6. Sed testamentum & ex illa juratum est contra bonos mores, quia præbet hæredibus occasionem desiderandi mortem testatoris. Item, quia paetum, quo aliquis dicit: Instituo te hæredem, & nisi præstero, spondeo tibi tantam pecuniā, est iniquum, et quod non observandum, quia est contra libertatem naturalem testandi. *I. stipulatio hoc modo, ff. de verb. oblig.* sed idem fit per testamentum juratum, ergo.

2. Sed his non obstantibus, dico primò, quod male dispositum, & continens aliquid contra leges iustas, etiamsi juramentum confirmatum sit, revocandum est. Ratio, quia juramentum in re illicita non obligat, hinc dici solet juramentum non debere esse vinculum iniquitatibus.

3. Dico secundo, quod testamentum bene dispositum, & ex omni parte perfectum, ita ut nulla possit de novo occurrere iusta causa mutandi, si juratum est, & à testatore revocetur, erit de facto revocatum & posteriori in utroque foro valebit; peccabit tamen graviter revocans, & erit perjurus.

4. Dico tertio, quod testamentum bene dispositum, sed tamen imperfectum, id est in quo non est bene omnibus futuris eventibus prævisum, si sit juratum, & nulla de novo iusta causa subsit illud mutandi, & à testatore revocetur, revocatio valebit, & revocans erit perjurus: si autem iusta causa subsit, licetum erit absque ullo peccato illud revocare.

5. Prima pars patet ex secunda conclusione. Altera probatur, quia qui condit testamentum imperfectum & illud jurat, ut statuat non mutare illud, etiamsi iusta causa se postea offerat, vel statuit non servare illud, quando nova causa se offert, quæ secundum rectam rationem exigat aliquam mutatio-

nem, si primum, juramentum fuit iniquum, & non obseruantum. Si secundum, testator prudenter retinuit facultatem mutandi testamentum oblata iusta causa, quod cum laude præstat adveniente tali causa, & haec omnia docet Beccanus in sum. part. 2. tom. 3. cap. 7. quæst. 8. per totam. Ex quibus conclusionibus Confessarius videbit, quando moribundus pectet, vel non peccet mutando testamentum juratum. Vide etiam Lessium lib. 2. cap. 19. dub. 8. Villalobos in sum. tom. 2. tract. 3. diff. 2.2. num. 7. & Malderum in 2.2. tr. 1. cap. 11. dub. 10. & Sanchez in opusc. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 17. num. 5.

## RESOL. LI.

*An infirmus debeat statim ante mortem restituere pecuniā, & famam, ablatam, alias non posse absolvi?*  
Ex part. 5. tr. 3. Ref. 104.

**S.1.** Ad hunc casum ita respondet Villalobos in summa tom. 2. tract. 3. diff. 27. num. 3. [Aduiertan que si tienen deudas, lo paguen luego, aunque vendan algunas alhajas, si lo pueden hazer sin gran detrimento de su casa. Lo uno, porque la restitucion obliga luego, como se dixo arriva, pudiendo hazer. Lo otro, porque lo que el testador no quiere hazer importandole tanto, por ventura no lo querra hazer el heredero, que ay muy poco que fiar el dia de oy.] Ita ille. Cui addet nostrum Leonem de officio Confess. recollect. 26. num. 103. ubi sic afferit. Infirmo potente commode restituere non sufficit, ut ipse possit absolviri, quod demandavit hæredibus restitucionem. Ratio est quia iste habet voluntatem conditionalem, si moriatur, restituendi, alias non vult restituere, ergo indispositus. Probat etiam Gutierrez experientia, quia videmus quotidie hæreditatem alii obveniente, quam iis, quibus relata fuit a testatore, & moveri lites, ita ut restitucion non possit fieri ab hæredibus: & dato quid dotti hæredes obtineant hæreditatem, etiam non curant dictas restituciones facere. Unde quotidie videmus patres in articulo mortis relinquere filii, ut faciant restituciones sibi demandatas ab eorum antecelloribus, & iisti ne potibus. Hucusque Patet Leo, qui citat Gutierrez, Azorium, Reginaldum & Sayrum.

2. Unde appetit recte refellandam esse opinionem Joannis Baptista Poza in tract. bene morienti in Premio mandam. 8. post §. 6. ubi sic afferit: [Porque ordinariamente acontece a los enfermos, que infaman o injesta, o falsamente atestiguaron en delitos infames, o calidad de linages, que antes se dexaran condesar para siempre, que desdezirfe, y reparar el ageno honor, devenles les proponer los tormentos, y infamia mayor, a que para siempre se obligan, y juntamente se les facilitara esta satisfaccion, diciendoles que por lo menos satis hagan al honor quitado por el crito autentico, y secreto, dexandole al Confessor, o otra persona de confiança para que le escriva a la parte interesada despues de aver muerto de la presente enfermedad. Porque estando ya fuera de la Republica de los vivos, no se averguenencia de los dichos de los hombres, ni tendra empacho de la region de los vivos destos rumores, y fama, que tan presto se olvidan, y desfueran.] Haec ille. Sed, ut dixi, haec opinio non est admittenda, quia restitutio famae ex communi Doctorum opinione statim est facienda ergo qui illam sine iusta causa vult diffrerre est in statu peccati mortalium, nec potest absolveri, & infirmus, qui post mortem vult famam à Confessario nomine suo restituendam, signum est non esse benè dispositum, quia non vult satisfacere precepto.

# De Absol. Sacramentali. Ref. LII. &c. 253

præcepto restitutionis famie, restituendo statim ac  
habet commoditatem.

## RESOL. LII.

An lethaler vulneratus vel alias moribundus teneatur remittere inimico actionem injuriarum, vulgo dicimus farci la remissione; nec alter possit absolvit? Et quid si Iesus fuit primus, & in iustus aggressor, vel inventus est cum uxore. &c. Ex p. 3. tract. 3; Refol. 103.

Sig. Manc. §. 1. **N**egativam sententiam docet Emanuel Sáver, *injurya, n. 1.* Bañes & Aragon in 2.2. in hoc scilicet art. 25. cap. 9. Sayrus in *Clavi Regia*, lib. 1. n. 8. gen. 1. & 11. & alij, per ea qua adducit Lessius lib. 2. c. 27. dub. 4. mun. 24. & seq. Unde Jacobus Mancinus in *prædicta visitandi infirmos*, tract. 7. dub. 5. n. 7. sic assertio. Quapropter non bene agunt aliqui Confessarii penitentes scrupulis, afficiens, dum dicunt illos non posse salvare, nisi etiam coram judice actions injuriarum remittant, cum hoc liquide fallit ut, ut patet. Sed notandum quod quando Iesus causam ledenti dedit, v.g. si Iesus fuit primus, & iustus aggressor, & ille ad se defendendum percussit, vel quia Iesus inventus fuit cum uxore, vel conlanguinea ledentis, & similia, tunc laison remissionem coram judice in conscientia facere debere affero: & ratio est, quia ledens justa se defendit, & non sibi damni causa imputari debet, sed aggressori danti operam rei illicitæ, juxta illud: Qui cauam damni dat, damnum dedisse videtur. Hoc omnia Mancinus.

2. Verum licet haec opinia in rigore sint vera, non desinam tamen apponere hic verba Henrici Villalobos in *summa*, tom. 2. tr. 3. diff. 2. n. 11. ubi sic ait: [ Nadie está obligado a perdonar al enemigo la satisfacción, aunque le pida perdón; así lo tiene una glossa. Sylvestro, Bañes, Aragon, y la comun, la razon, es, porque si yo puedo en juicio pedir a mi amigo, que me pague lo que me deve, tambien poder hacer lo mismo con el enemigo, pidiendo la satisfaccion, y así lo haze Dios, que aunque nos perdonan la culpa en el Sacramento de la Penitencia pide satisfaccion, o en este mundo, o en el Purgatorio. Bien es verdad, que seria muy loable perdonar del todo al enemigo, que pide perdón y aun acontece muchas veces que como la persona, y la obra andan tan juntas, piensa un hombre, que aborreces la obra del enemigo, y la persona, como dice Aragon: y dice muy bien Bañes acerca desto, que es muy dificultoso, y casi no ocurre moralmente hablando, que uno no quiera perdonar la pena del cortar la mano o eabeça al enemigo, y que no le tenga odio y así este tal no es creyble, que está en bueno estado, salvo si sucede caso que la familia del ofendido quedasse infanada, si no le cortassen la mano, o le hiziesen desfazar, que entonces bien podria pedirse sin odio.] Hac ille. Sed ut dixi, absoluere & in rigore loquendo, offensus tenetur, nec alter potest absolvit, remittere odium, & rancorem contra inimicum, & signa externa rancoris, non autem remissionem injuriarum; conetur tamen Confessarius, si cum auxilio Dei possunt hoc etiam efficere.

## RESOL. LIII.

Quidam in platea recepit vulnus letale, si Confessarius illum audit, non potest mederi, si medetur, non Tom. I.

potes conferri, quid ergo est faciendum, ut Confessarius possit illum absolvere?

Et obseruantur, quod si evenit infirmum dedisse signa contritionis, doloris, nullus tamen id restatur, non ob id poterit Confessarius eum absolvere sub conditione, dicendo te absolvio, si forte signa praestitisti. Ex p. 5. tr. 3. Ref. 56.

§. 1. **C**ausa potest frequenter accidere, & est curiosus; Ego vero, quicquid in contrarium afferat Posservinus in officio Curati, cap. 7. n. 80. unum saltem peccatum secretè audirem, & statim illum absolverem, ut Medicus postea vulnerato mederen-  
sup. hoc fū:  
tus, & postquam medicamenta applicata fuissent,  
præ in tr. 3.  
Refol. 63. §.  
vers. Secun-  
dū, & legē  
etia ibi do-  
ctrinam Re-  
sol. 123.  
vers. Secun-  
dū, & legē  
etia ibi do-  
ctrinam Re-  
sol. 124.

integram confessionem audirem, & illum denud ab-  
solvem. Sed quid faciendum, si Medicus nollent à  
medicamentis desistere, & interim perieulum est, ut  
vulneratus moriatur? Sufficit, afferunt aliqui, ut al-  
ta voce dicat se peccatorem esse, & tunc potest  
Confessarius illum absolvere, & ita docet Sánchez  
in *selección*, edit. Lugdun. dif. 44. n. 35. ubi sic ait: Si  
in specie possit dicere aliquod peccatum, tamen affi-  
cientes infirmo recedere non valeant, quia videlicet  
vulneri inflicto medentur, sat erit infirmo dicere se  
peccatorem esse ut absolviri possit, cum consticte  
neutiquam sit cotam alii peccata sua, etiā levia, ma-  
nifestare. Ita Sanchez.

2. Neque desinam hinc apponere præxiū, quam  
pro hoc casu & similibus afferat Mancinus in  
*prædicta visitandi infirmos*, tract. 4. dub. 16. ubi sic afferit: Quid faciendum, quando Confessarius accedit ad  
audiendam confessionem alicuius, qui non potest  
solus relinqui, nisi adjuvatur à circumstantibus, ut  
sunt recentiter vulnerati, vel mulieres parturientes, &  
perieulum est in mora? Respondeo quod relinquit  
solum personas necessarias ad hoc, atque potius vi-  
ros, quam mulieres, quos moneat, ut aures claudant,  
oculósque avertant à facie confitentis, &  
Confessarij, & sic omni meliori via illum interro-  
get, & audiat, quandoque per signa sufficientia  
peccata accipiat, & absolvat, monendo etiam ad-  
stantes teneri sub peccato mortali secretum servare;  
si aliquid obiter audierint. Sic ille: Sed haec non fa-  
tis viris doctis placent.

3. Oblvetat tamen Sanctius ubi supra, quod si eveniat infirmum signa dedisse doloris, nullus tamen id detestetur, non ob id poterit Confessarius in eum absolvere sub conditione, dicendo, Te absolvio, si forte signa praestitisti; quia confessio debet fieri & 65. & in Confessario per penitentem, vel interpres, ut pos- tom 4. tr. 1.  
sit ipse absolucionem praestare. In illo autem eventu Refol. 155. §.  
non fui facta confessio, nec coram Confessario, nec Ita contra-  
coram interprete, qui certiore reddat Confessari-  
rium de confessione. Nec opus erit interpres in  
præsenti infirmi testificari de signis doloris. Cum  
enim interpres coram Confessario comparet, con-  
fessio fit in præsencia Sacerdotis. Nec infirmo, qui  
in re signa doloris exhibuit, & aliquis testetur men-  
daciiter se signa vidisse, proderit absolutione exhibita  
à Sacerdote. Non enim fit per Sacramentum per  
interpres falsum formaliter, quamvis materialiter  
dicat verum; sicut enim proprius penitentis si men-  
tiretur formaliter, licet materialiter verum assenseret,  
sacrilegium committeret, confessionem irritans; pa-  
riter interpres, qui loco penitentis penitus subro-  
gatur. Sed de his difficultatibus vide meipsum in 3.  
p. tract. 3. in quo omnes casus enumero in quibus  
impertinet fit moribundo non valenti confiteri  
absolutio, quos postea recenset, & sequitur, me ci-  
tato, Celestinus in *Compendio Theologiae moral.* tr. 1.  
c. 25. per totum. & Peccator in *Formulario Prelacio-*  
rum lit. A. cap. 7. n. 7.

## RESOL.

Omnis istos  
calus inven-  
tus in hoc  
ipsomet tr. 2.  
Ref. 1eq.

## RESOL. LIV.

*De absolutione Sacramentali largienda moribundo. Ex part. 3. tract. 3.*

*Prologus ante Resolutionem primam dicti Tractatus.*

**S. 1.** Dificilis est in praxi sapientius occurrentis illa. Questionis ideo pro eius explicatione exata quinque casus confidem. Primo, quando moribundus nequit loqui, sed praesente Sacerdote nutibus absolucionem ab illo querit. Secundo, quando praesente eodem Sacerdote, signa tantum exhibet contritionis, v.g. percutiendo pectus, levando oculos ad celum cum suspiriis, &c. Tertio, quando absente Sacerdote querit voce, vel nutibus confessionem, vel exhibet tantum signa contritionis, & illo adveniente astantes testantur de hoc. Quartu, quando testis absens ab infirmo, ut v.g. ante domum in platea, supradicta signa, & petitionem confessionis Confessario manifestat, & tandem. Quinto, quando infirmus sensibus destitutus, nihil petuit, vel nutibus significavit, sed Sacerdos invenit eum morti proximum: de his igitur casibus seorsim ad majorem difficultatis elucidacionem agemus; ideo quoerimus primo.

## RESOL. LV.

*Sup. prima diff. huius tituli latè in tom. 4 tr. 3. Ref. 155, à principio uisque ad §. ult. & signanter à lin. 3.*

*An sit danda absolutione ei, qui nutibus tantum querit à Confessario absolucionem?*

*Et an moribundus, qui non valet nisi per signa contritionis sua peccata confiteri, lucetur Jubilatum, quia haec est vera confessio Sacramentalis? Ex p. 3. tract. 3. Ref. 1.*

**S. 1.** Negativè respondent ferè omnes Thomistæ recentiores, via quidem docti, ut Soto in dif. 18. q. 2. art. 6. ad 1. Canus relect. de pen. p. 1. Refol. 17. 8. q. at inherendo. Lopez in instruct. p. 1. c. 18. Conradus in respons. cas. conf. p. 1. q. 10. Medina in fsum. p. 2. c. 8. 2. & Ref 19. §. Aliquis, & 19. reg. 6. Nigonus, Alvarez, Coquetus, Avila ubi in to. 3. tr. 1. infra in ref. 3. hanc sententiam docent etiam Graffius p. 1. lib. 1. c. 36. o. 25. Pedraza in sum. c. 7. Angles atque in ejus 5. Quarto posse, & videlicet Ref. n. c. seq.

**Sup. hoc magis latè supra in Ref. 17. & leg. etiam infra in tr. 7. doctrinam Reginaldus in Ref. 4. à principio.**

Et ratio est primo, quia per talem confessionem non datur notitia Confessori, quam antea non haberet; & ideo colligit Tridentinum sess. 14. c. 5. confessio nem in genere non sufficiere. Secundo, quia per illam confessionem nihil proponitur absolvendum, cum actiones debeat esse circa particularia; & cum confessio sit actus judicialis, debet ex consequenti versari circa aliquod particularē. Tertiū, quia vel remittuntur omnia peccata directe, & hoc non; quia cum non fiat confessio omnium, non possunt remitti directe; illa enim hoc modo remittuntur, quæ clavibus subsciuntur; vel solùm directe peccatum in communī, & hoc non potest, quia peccatum in communī non est remissibile. Quartū, non sufficit voluntas confitendi absque actuali confessione, ut quis à peccatis absolvatur; sicut non sufficit voluntas habendi verum dolorem, sed requiritur ut re vera detur ipsa confessio, & actualis dolor. Sed in casu proposito solùm datur voluntas confitendi, ut patet. Ergo non erit adhibenda absolutio.

2. At his non obstantibus contraria sententiam tenendam esse puto; quam tueruntur Regius in ref. cas. 39. n. 4. Alphonfus de Leone in tr. de officio & potest confess. tom. 1. recollect. 6. n. 121. Pharaonius de sacram. Paenit. tr. 1. sess. 1. 6. cas. 1. 5. Thomas à Jesu in Tribun. consc. c. 11. §. 10. Ragucius in Lucerna Pa-

roch. tr. de absolut. q. 97. Yribarne in 4. tom. 2. dif. 18. q. unic. dif. 16. sect. 5. concl. ult. Corduba lib. 5. de indulg. q. 3. 9. Suarez tom. 4. dif. 2. 3. sect. 1. n. 5. Salas in p. 2. tr. 8. dif. unic. sect. 5. n. 56. Turrianus de paenit. q. 9. art. 2. dif. 30. dub. 1. Megala in 1. p. lib. 1. c. 111. n. 8. Pitigianus in 4. sent. tom. 2. dif. 17. q. unic. art. 8. coisel. 4. Ruardus tom. 1. contra Lutherum, art. 5. post initium Henriquez lib. 6. c. 10. n. 7. Coninch de sacram. dif. 7. dub. 1. o. n. 16. Reginaldus prudent. confess. o. 21. p. 2. n. 91. Fernandez in instruct. docum. 4. n. 32. & à fortiori omnes Doctores citandi in qua. ta resolutione pro secunda opinione.

3. Et ratio est, quia ex Christi institutione confessio sacramentalis debet esse integra, & tamen necessitas facere potest, ut confessio mutilata sufficiens sit ad obtinendam sacramentalem absolutionem; igitur necessitatē similiter facere posse dicendum est, ut ad eandem obtinendam sufficiat confessio nem fieri in genere de propriis peccatis, quando ad speciem, & numerum descendit non potest. Et confirmatur, quia si quis recordetur se peccasse mortaliter, & oblitus est cujus speciei fuerit illud peccatum, potest, & debet confiteri se peccatum mortale admisisse, cuius nequit in particuli meminisse; igitur in casu proposito penitentis dat veram materiam, scilicet, veram sui ipsius accusationem cum offensione doloris, quantum hic, & nunc dare potest, ex qua Sacerdos in hoc foro cognoscit penitentem peccasse, & eum de hoc dolore, & consequenter cognoscit statum penitentis, quantum hic, & nunc cognosci potest; quæ omnia absolute sufficiunt, ut sacramentaliter absolviri possit; nam Deus à nobis non requirit aliam confessionem, quam nobis hic & nunc possibilis est, & ideo hanc sententiam determinant Canones, & Rituale Romanum Patii V. jussu editum, ut in sequenti resolutione videbimus.

4. Restat modò respondere ad argumenta superius adducta. Itaque ad primum dico in casu proposito dari notitiam sacramentaliter imperfectam quidem, & quæ nulla ultimaretur, si voluntate omitteretur, quomodo loquuntur est Concilium Tridentinum, sed quia aliter fieri non potest, satis est. Ad secundum proponitur absolvenda offendit divina, ut talis est, & materia proxima est confessio illa particularis, & effectus absolutionis versatur circa personam particularem. Ad tertium, remittitur directe offendit divina, indirecte singula peccata secundum proprias species, quæ remanent subjicienda clavibus, quod etiam dicendum est in casu oblitionis speciei peccati. Et tandem ad quartum respondeo, hic non dari voluntate confitendi solùm, sed, ut dictum est, datur materia certa peccatorum, saltem in communī, fundata in voluntate, quam penitentis manifestavit confessario confessionem, & absolutionem nutibus postulando. Sed pro coronide hujus resolutionis, notandum est hic obiter, & curiosè, moribundum, qui non valet, nisi per signa contritionis, sua peccata confiteri, lucrari Jubilatum, quia haec est vera confessio sacramentalis, & ita adversus Graffium in appen. lib. 2. c. 5. n. 11. docet novissime Bartholomeus à Fausto in tr. de Iubilo, lib. 4. q. 4. Verum ad explanationem secundi casus deveniamus.

## RESOL. LVI.

*An moribundus, qui non audit, neque loqui potest, sed tantum pectus suum pulsat, sufflans in cœlum oculos tollit, vel respicit aliquam imaginem; hoc vidente Sacerdote, vel aliis testificantibus, sit absolvendus?*

*Et an sit absolvendus Sacerdos, qui inchoata Missa,*

*Si corpore prius famis, voce amissis, cädens ad interritum tueret?*  
Et quidem dicendum de illo, qui significans se cupere confiteri, & ideo ad genua Sacerdotis accedens, subito appoplexia tangitur, antequam illud verbum proferat, an talis sit absolvendus? Ex p. 3. tr. 3. Ref. 2.

est petere confessionem, vel absolutionem, verbis vel signis contritionis, ac dicere, Aliquis Sacerdos absolvat me à peccatis, quæ his verbis, vel signis contritionis manifesto in genere, meliori modo quo nunc possum. Hæc omnia Chapeavilla, quæ pri Confessarij in mente teneant, & illa in praxim, me confidente, & impellente deducant, absolvendo supradictos infirmos sub conditione.

3. Nonandum est tamen hic obiter ex supradictis, Sacerdotem, qui sano corpore nihil de mortis periculo suscipiens Misericordiam inchoasset, & in fine introitum decidit mortuus, non posse à peccatis absolviri, licet generalē confessionem fecisset ad Deum coram ministro, & Ecclesiæ, quia illa confessio non fuit sacramentalis, neque directa ad accipientiam absolutionem in foro penitentiae. Ita Layman ubi supra. Contrarium tamen dicendum est de illo, qui significans se cupere confiteri, ideoque ad genua Sacerdotis accedens, subito appoplexia tangitur antequam aliud verbum proferat; talem enim infante mortis periculo ab absolvendū esse non dubito; quia in ordine ad confessionem sacramentalem dedit generalē signa, quibus ostendit se peccasse, & de condole. Ita Coninch. in response pro absolutione moribundi, n. 16. quidquid dicat Coquetius in dissertat. de absolutione per literas, c. 7. n. 21.

**R E S O L . L V I I .**  
*An sit absolvendus moribundus si exhibeat supradicta signa, sed dubitatur, an sint orta ex contritione, vel ex angustia mortis?* Ex p. 3. tr. 3. Ref. 3.

§. 1. **R**espondeo affirmativè cum Sancio in seletis diff. 4.4. n. 35. in fine, ubi sic ait: Sub conditione imperienda erit absolutione; quando ambiguitas intercedet, hum signa sint ex dolore orta, vel ex angore, & angustia mortis, cum prodest possit infirmo, & non obesse sacramento; vitatus namque sacrificij periculum conditione aposta, sic illæ: & ita etiam docet Layman in Theol. mor. lib. 5. tr. 6. c. 8. n. 4. ubi hoc pacto afferit: Si consideratis circumstantiis, & examinatis his, coram quibus talia signa edita sunt, res dubia esse videatur; absolutio tamen conferri poterit sub conditione, si talis materia confessionis sufficiens sit ad absolutionis ministracionem;

**R E S O L . L V I I I .**  
*An Confessarius possit absolvere moribundum, qui in eius absentia confessionem petit, vel signa penitentiae fecit, aliquo hoc testante?*  
Idem infertur de potestate Baptismi, & Extremam-  
unctionis, si post petitionem amiserit loquaciam. Ex part. 3. tr. 3. Ref. 4.

§. 1. **N**egativè respondent à fortiori DD. citati in resol. 1. in principio, & novissime docent hanc sententiam Petrus Fay de Sacram. Pénit. in addit. ad 3. p. D. Thom. q. 9. art. 3. diff. 3. ad 9. argut. Franciscus Coquetius dissertat. de confessione per litteras, c. 7. n. 21. Didacus Alvarez in p. 2. D. Thom. q. 9. art. 6. diff. 8. p. per toram. Lavorius tr. de indulgen. p. 2. c. 10. n. 130. & hanc sententiam ex Theologis Societatis Iesu, tenet novissime Turrianus de pénit. q. 9. art. 2. diff. 3. dub. 4. & ex nostra Religione Alphonius de Leon tract. de officio, & p. post. Confess. tom. 1. recollect. 6. n. 123.

2. Probatur primò, quia confessio facta Sacerdoti, & accusatio propria priorum peccatorum, est materia essentialis, & proxima sacramenti

*Sup. hoc infra in Refol. 64. §. ult. ad medium, & in Ref. 65. §. Pelizzarius;*

*Sup. hoc in Ref. 65. §. Ayer-*

*la. cutsum ante mediū*

*vers. Sic*

*quando, &*

*cum codem*

*Sancio tan-*

*tum hic ci-*

*tato in to. 8.*

*tr. 1. Ref. 3. §.*

*Ino, brevi-*

*ter in fine.*

*Sup. hoc in*

*tom. 8. tr. 1.*

*Refol. 3. à*

*lin. 5. & Re-*

*sol. citia a in*

*lin. 2. hujus*

*textus hi-*

*est supra*

*Refol. 55. &*

*suprà in tr. 3.*

*Refol. 74. si-*

*gnanter in-*

*ter medium*

*& finem §. 1.*

*vers. und.*

*Alvarez, &*

*in to. 4. tr. 3.*

*Refol. 155. à*

*lin. 1. & lege*

*cum usque*

*ad §. ult.*

Ptenitentia; sed in nostro casu moribundus cum vocavit Sacerdotem, vel signa contritionis efficit, multam dedit materiam Confessario, ( qui erat absens,) quamvis adstantibus dederit: Ergo absolucionis non est ex defectu materiae & Sacerdotis. Confirmatur, quia, ut infra videbitur, Clemens VIII. damnavit confessionem factam aliciente Sacerdote, sed talis est confessio de qua loquimur. Ergo, &c.

3. Secundo, Canones, qui contra hanc sententiam adducuntur, intelligendi sunt, ut vult glossa in c. 8. caus. 26. q. 6. de absolutione a censuris, qua potest etiam invitus; non vero de absolutione sacramentalis confessionis, de qua loquimur.

4. Tertio, Rituale, seu Manuale Romanum, quod adducitur, est a Doctore confectum, & illius auctoritatibus non excedit, neque consensus Pontificis, aut iustiss, qua conferimus fuit, & evulgatum, confert aliquod pondus rebus, que in eo prescribuntur, quia non praesertim serium, aut sufficiens Theologorum examen.

5. Quartu, ad litteras Bellarmini, & Episcopi Armacani assertorem mentem Clement. VIII. dicendum est de illis authenticis non constare, & si constat authenticis, dicunt Pontifices respondere ut privatum Doctorem: & sic in casu alio ad quendam Pontificiam responsionem, responderet Henriquez lib. 14. c. 3. n. 4. in glossa litera P. Suarez tom. 3. quæst. 6. art. 6. disp. 21. secl. 3. Valentia tom. 4. disp. 4. quæst. 1. puer. 3. Sotus in 4. sent. disp. 3. quæst. unica. art. 6. Canus de locis Theolog. lib. 6. c. 8. Catharinus contra Cajetanum lib. 5. c. 3. Vega in Concil. Trident. lib. 9. c. 4. & 5. Belkarminus tom. 1. de Romano Pontif. lib. 4. c. 12. & alijs. Et hac sunt principia argumenta, quæ pro eorum firmanda sententia, adducunt Coquettius, Fay, & alijs ubi supra.

6. Sed ego prorsus adversus illos, affirmativam sententiam tenendam esse puto; quam nobiscum tenet Angelicus Doctor D. Thomas opus. 65. §. de Extrema-unet. ubi sub fine, ita ait. Si autem infirmus, qui petit unicioneam, amittit notitiam, vel loquelam, antequam Sacerdos adveniat, quia in tali casu (quo scilicet aut Baptismum, aut absolutionem simili ratione petiuerit, juxta dicenda à nobis) debet etiam baptizari, & a peccatis absolviri. Ita ille, & nescio quomodo clarissim sententiam docere potuisset, aut qua ratione ejus verba in aliud sensum, vel apparenter detorqueri possent. Idem etiam docet ex discipulis D. Thomae doctus Pater Joan. de la Cruz in directorio conscientia, p. 2. de Sacram. Pœnit. q. 3. dub. 8. concl. 2. & hæc opinio est communis in schola Patrum Societatis Iesu, & illam tenent Maldonatus in summula casuum conscientia, q. 1. 9. art. 14. Valquez in 3. p. tom. 4. q. 9. 1. art. 2. dub. 1. n. 4. & 5. & in p. 2. disp. 6. 2. cap. 5. n. 40. Suarez tom. 4. disp. 2. 3. fecl. 1. §. de eo qui confessionem petit. Valentia tom. 4. disp. 7. quæst. 11. punct. 1. Coninch de Sacrament. disp. 7. dub. 10. n. 99. Reginaldus in praxi tom. 1. lib. 8. C. p. 3. n. 28. Fillius tom. 1. tr. 7. c. 5. n. 1. 2. Fagundez præcept. 2. lib. 3. c. 1. n. 16. Toletus lib. 3. c. 8. n. 2. Becanus de Sacram. c. 36. q. 2. n. 1. Fernandez in instruct. Sacerd. docum. 4. n. 32. Emanuel S. verb. absolutor. n. 10. Henriquez lib. 5. c. 2. n. 7. & lib. 6. c. 30. n. 7. Layman in Theol. mor. lib. 5. tr. 6. c. 8. n. 4. & alijs. Idem docent ex nostra Religione Naldus in summa, ver. infirmus, n. 8. Megala in 1. p. lib. 1. c. 11. n. 8. Molfeus in summa, tom. 1. tr. 7. c. 5. n. 4. & alijs. Et tandem præter citatos Doctores, docent etiam hanc sententiam Pontius de matre, lib. 2. c. 25. n. 8. Thomas à Jesu in Tribunal conscient. cap. 11. §. 10. Chapeavilla tract. de Sacram. tempore peccatis, cap. 3. q. 30. Zambranus de cas. tempor. mort. c. 4. dub. 2. per totum. Pharaonius de Sacram. Pœn. tr. 1. sess. 16.

cas. 16. Corduba in questionario lib. 3. q. 39. Medina tr. 2. de confessione, q. 39. Pitigianus in 4. sent. tom. 2. disp. 17. quæst. unica. art. 8. concl. 4. & 5. Sylvius in addit. ad 3. p. D. Thom. q. 9. art. 2. queritur 4. cas. 2. Montefinus in p. 2. D. Thom. disp. 29. q. 5. n. 176. Ludovicus de San Iuan in summ. tom. 1. tr. de Pœnit. q. 5. art. 1. 9. dub. 6. Coriolanus de casib. reservat. p. 1. tr. 9. diff. 37. n. 6. Bellochius in praxi Theol. mor. p. 1. q. 2. n. 1. 2. Antonius de Literatis in sum. p. 1. c. 3. 5. n. 7. & alijs penes ipsos.

7. Probat primò hæc opinio ex auctoritate Clericorum, nam in Arausicanum I. c. 12. sic habetur. Subito obmutescens, prout statutum est, penitentiam accipere potest, si voluntatis præterita testimoniis aliorum verbis habet, aut præfensit in suo nutu, & hic canon citatur in cap. qui recedunt 26. q. 6. Idem habetur in Concilio Carthaginensi IV. c. 7. 6. cit. in c. 8. eadem causa, & q. & in Concilio Carthaginensi III. citato in c. agrotantes, de confec. disp. 4. & 5. Leo Papa Epist. 89. hoc clare determinat; quod postea in Rituale Romano constitutum fuit, ubi sic habetur. Si inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox, & loqua aegri deficiat, nutibus, & signis conetur (scilicet Sacerdos) quod eis fieri potest peccata penitentis cognoscere, quibus utcumque, vel in genere, vel in specie cognitis, vel etiam confitendi desiderium, sive per se, sive per alios ostenderit, absolvendus est. Sic Romanum Rituale editum anno 1615. de quo paulò infra.

8. Probatur secundò rationibus; quia talis moribundus, eo quod ostendit se dolere de peccatis cum signis contritionis, vel etiam petit Sacerdotem a quo aboliatur, facetur se peccasse, petique ut adstantes, tanquam sua voluntatis interpretes, id Sacerdoti præfenti denuntiant, ab eoque absolutionem pro se petant; casu quo id per se facere non possit; ergo dum hi id faciunt, ipse per eos, tanquam per suos interpretes, præfenti Sacerdoti confitetur. Igitur in tali casu infirmus, qui ostendit, & habet, & indicat presentem, & abfolutam voluntatem confitendi, confessionem de facto moraliter inchoare censetur; præsentia autem Sacerdotis, postea advenientis, coram quo qui ante presentes fuerant, moribundi voluntatem, ac desiderium testantur, ac tanquam horum interpretes Sacerdoti explicant, non tolum ut adversarij objiciunt, est merè materialis, & quasi per accidens, sed etiam vere humana, & formalis; quia ipse ex auditis, & vīlis humano modo, quantum potest in tali casu fieri, judicat de statu penitentis; & idem nonlram sententiam tenuit Clemens VIII. qui interrogatus, an moribundus in casu de quo loquimur deberet sacramentaliter absolviri, respondit debere absolviri, & se eum absoluturum cūque casum bue decreto nullo modo comprehendere.

9. Restat modò respondere ad argumenta contraria. Et ad primum patet responsio ex dictis; quia in tali casu, ut supra diximus, cum talis ostendat existi se dolere de peccatis, ac velle confiteri, petaque in hunc finem Sacerdotem accersiti generatim jam incipit confiteri, simili ferè modo atque is, qui per interpretem confitetur, dum huic sua peccata dicit, ut Sacerdoti, deinde ea explicet; quare dum adstantes postea Sacerdoti præfenti penitentiam, & desiderium moribundi explicant, instar interpretum ipsius confessionem Sacerdoti exponunt, atque ipse per hoc Sacerdoti jam præsentem confitetur, atque ita sufficientem materiam absolutionis præbet. Unde patet responsio ad Decretum Clement. VIII. nam in nostro casu negamus confessionem omnino absenti fieri, ut notat Sylvius in 3. p. q. 9. art. 3. concl. 3. Fagundez, Coninch, & alijs, ubi supra.

10. Ad secundum argumentum, quod Canones adducti

# De Absol. Sacramentali. Ref. LIX. &c. 257

adducti, ut vult glossa in c. 8. cauf. 26. q. 6. loquuntur solum de abolutione a centuris, gratis dicitur, quia primò ibi nulla sit mentio censorum, sed loquuntur generatim de omnibus, qui ex infirmitate subito obnubescunt; qui non nisi temere possunt generatim presumi esse censori ligati. Secundò Canones illi comparant hanc reconciliationem cum Baptismo; ergo loquuntur de reconciliatione, quæ requiritur ante sumptionem Eucharistie; qua respectu eorum, de quibus dubitatur, an sint in peccato mortali, debet fieri per susceptionem Sacramenti Poenitentiae. Quartò, quia si in hoc ita Concilia, & Patres interpretantur, necesse quo pacto ex illis Sacramentum Poenitentiae probavimus.

11. Ad tertium argumentum de Romano Rituall responderunt fusi Coninch in responsione contra Coquettum, n. 38. ubi probat ex Bulla Pauli V. illi Rituali prefixa, fusile editum cum consultatione Cardinalem, & ex autoritate Apostolica typis produsse.

12. Ad quartum argumentum de responsum Clement. VIII. facta 1608. die 16. Aprilis, adducit ejus exemplar Coninch ubi supr. pof. n. 6. Lex Epistola illi data ab Archiepiscopo Armacano sub die 6. Junij anno 1624. Et quamvis Pontifex, privatum interrogatus, hoc responsum dederit, nec per id, ut Pontifex aliquid, cui omnes teneantur assentiri, definire intendit, firmiter tamen probat, id quod eo probare praecipue intendimus, scilicet, illum calsum ipsius decreto nullo modo comprehendendi; ipse enim optimè mentem suam, quid in illo suo decreto damnum intendit, scire potuit. Igitur remanet fatis firmata nostra sententia ex autoritate Conciliorum, Canonum, responsionum, Pontificum, & ex validissimis rationibus, quas tot DD. affuerint, & sequuntur; unde valde miror Coquet, ubi supr. in dissert. de confessione per litteras c. 10. n. 40. docuisse illam in praxi non esse probabilem; sed pro explicatione hujus sententiae aliud dubium erit etiam explicandum. Quæritur igitur.

## RESOL. LIX.

Quot testes in supradicto casu debeant testificari Confessario de signis contritionis moribundi, vel quod confessionem petierit?

Et an aportear testem esse Christianum, aut infidelem, vel hereticum, &c. Ex p. 2. tr. 3. Ref. 5.

§. 1. **V**Idetur prima facie respondendum, plures testes necessarios esse ex Concilio Carthaginensi IV. c. 76. & ex c. 15. q. 26. q. 6. ibi, dent testimonium, qui eum audierant, & ex Concilio Aranciano I. c. 12. & ex c. qui recedunt 26. q. 6. ibi, testimonium aliorum verbi habet; & ex Leone Papa Epif. 89. ibi, testimonio eis fidelium circumstantium, in quibus Concilia (ut patet) in numero plurali loquuntur. Ergo, &c.

2. Sed in tali cafo sufficere unum testem, docet Sancius in select. diff. 44. n. 35. qui citat pro hac sententia Raynaudum, & Graffium, & quidem Felinus in c. veniens el. 1. n. 8. de testib. tenet standum fore dicto unius testis, ubi non agitur de prejudicio alterius, modò juret. Sed jurare in nostro cafo necessarium non est, quia maximè impium esset meniri. Nec oportebit testem esse Christianum, aut infidelem, aut hereticum, de his enim presumi non potest affirmare quod falsum est, ut fiat Sacramentum præsumendum tamen est, contra, non testatos signa poenitentiae esse tradita, ne ministretur Sacramentum verum, adhuc in eo eventu, puto Sacramentum ministrandum sub conditione, scilicet, si verum est,

Tom. I.

te signa poenitentiae ostendisse, absolvō te à peccatis. Et hæc omnia Sancius, & ante illum Zambranus de Sacram. tempore moris cap. 4. dub. 2. & Reginaldus in praxi tom. 1. lib. 8. c. 3. n. 8. Sed ponam hic aliud dubium.

## RESOL. LX.

An quem paulo ante in periculo mortis Confessarius andierat, & non absolverat, si postea superveniens ihu adhuc vivum, sed amissus sensum, possit illum absolvere? Ex p. 3. tr. 3. Ref. 6.

§. 1. **A**ffirmative responderet Joannes Chapeavilla tr. de modo ministrandi Sacramenta tempore pestis c. 3. q. 13. Zambranus de cas. tempore mortis c. 4. dub. 2. seit. 7. n. 41. dummodo non constet talen voluntatem poenitendi mutasse; quia ponitur dispositio sufficiens ad suscipiendam abolutionem, & reperitur confessio non tantum in genere, sed etiam in specie. Ergo, &c.

2. Nec valet dicere, quod potest contingere infinitum poenitentem interim mutasse voluntatem confitendi; nam respondeo cum Chapeavilla ubi supr. quest. 12. quod fecit impossibile est, ut quis existens in articulo mortis, & desiderans confitendi mutet ita citio voluntatem. Secundò circumstantes, qui fuerunt, possunt testificari; an viderint ligna mutationis voluntatis illius. Et tertio, quia idem inconveniens potest saepius contingere in matrimonio contracto per procuratorem; quod tamen est in usu Ecclesiæ, & verum Sacramentum. Ergo, &c. Sed quartum dubium principale explicandum videtur; Unde quæraro.

## RESOL. LXI.

An ad absolendum moribundum sit sufficiens notitia mediata, qua ex testibus mediatis proveniat?

Et an in predicto casu, seclusa omni attestacione testimoniis, possit Sacerdos illum moribundum sensibus definitum absolvere sub conditione?

Imo, an ad id teneatur? Ex p. 11. tr. 7. & Mis. 7. Ref. 31.

§. 1. **Q**uid est quærebit, an possit Sacerdos absolvere moribundum, quando ij, qui testantur de voluntate, & peritione confessionis, non audierunt hoc ab ipso infirmo, sed de aliis, atque adeo non sunt testes immediati, sed mediati. Ratio dubitandi esse potest, quia in predictis decreta videtur requiri testimonium eorum, qui ab infirmo audierant. Si loquitur Concil. Carthag. IV. can. 67. supra adductum, ubi dicitur, deest testimonium, qui eum audierat & accipiat poenitentiam.

2. Verum his non obstantibus affirmativa sententia adhaerendum esse puto, quam tuetur Martinus de S. Joseph in man. confess. tom. 1. lib. 5. tr. 16. de penit. num. 7. ubi sic ait; Pero si los testigos de quien oyo el confessor las señales de penitencia no son los mismos, que las vieron en el enfermo, sino otros, que las oyeron affirmar a los primeros, aunque niegan graves Autores, que puede el confessor absolver al penitente con este testimonio incerto, es probable que quede ser absuelto debajo de condicione, porque basta el testimonio mediato para cosa tan grave, y de importancia, como absolver a uno en el articulo de la muerte, y al Sacramento non se le hace agravo con la condicione de la absolucion. Pruebalo Lugo díp. 17. num. 81. pruebale porque condicione nihil ponit in esse, & ideo actus condicione

XVII. nalis;

nalis, non valet nisi existente conditione, l. si quis sub conditione, ff. si quis omisit causam, cedere diem, ff. de verb. signific. l. si quis fundum, ff. de contrahend. empt. l. ex pallo, ff. de hared. instruend. Ita Martinus, cui adde Leandrum de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 5. q. 44. & ante omnes Cardinalem Lugo de Sacram. pñm. disp. 17. scilicet 5. n. 81. & ratio est, quia notitia mediata, notitia est, & quae sufficit ad alios effectus; in quibus major certitudo requiritur. Nam si de Baptismo alicuius parvuli, vel etiam adulti queratur, & non adsit, qui cum baptizavit, sed alius fide dignus, qui dicat se ab ipso audisse, quod eum baptizaverit, vel etiam per internumcium fide dignum id testatur, habebitur pro baptizato, quanto magis sufficiet hac notitia ad absolvendum in eo periculo in quo ab solutio prodebet potest, & non nocere? Unde in rituali Romano non alligatur ad testimonium immediatum, sed generaliter dicitur. Si confitendi desiderium per le, vel per alios ostenderit, absolvendus est. Ostendit autem per alios, qui per alios, mediata id manifestat, sicut Deus locutus dicitur populo suo per Prophetas, licet non omnes audierint immediatè ipsos Prophetas, sed alios, quibus Propheta immediate locuti fuerant. Ad quod etiam afferri potest exemplum confessionis, qua sit per interpretarem: posset enim contigere, quod non sufficeret unius interpres, sed requirenter duo, qui inter penitentem, & Confessarium intercederent, v.g. si Graecus confiteretur cum Latino, & uteretur interprete Gallo, qui, & Graecum idioma intelligeret, & Gallicè explicaret, non Confessario, quia, nec Gallicam linguam intelligeret, sed Italo laico, qui rursus Italice idem explicaret Confessario: tunc enim Confessarius contentus esset notitia accepta non ab eo, qui immediatè à penitente accepserat, sed ab alio qui mediata accepserat à penitente. Cur ergo in casu nostro non posset simili notitia à penitente accepta per duos intermedios quorum unus altero mediante eam notitiam accepisset? Hoc idem si in matrimonio accidere, crederem valere matrimoniū, quod per duos interpres fide dignos celebretur, quorum alter alterum interpretaretur; quando ergo petitur in casu nostro testimonium alterius de voluntate confitendi, quam infirmus ostenderit, non petitur testis omni exceptione major, & juridice legitimus qui de visu testificetur, sed testimonium juxta presentem materiam, quæ in nullius præjudicium, atque adeo tale, ut possit probabiliter credi rem, ita esse, quod confessionem petierit. Et hæc omnia docet Lugo ubi supra.

3. Ex his sequitur quod si aliquis in via v.g. diceret Sacerdoti, se tunc intellexisse ab aliquo in tali domo extare infirmum in articulo mortis, petentem Confessarium, si illi Sacerdos petat illum dominum, & inveniat moribundum sensibus destitutum, tunc quidem posse illum absolvere sub conditione & tanta supradicta attestatio ei facta, & ita hanc sententiam tenet etiam Hermannus Busebaum in medulla Theol. mor. lib. 6. tr. 4. c. 1. dub. 3. art. 2.

Sup hoc in  
frā in Ref.  
63. 64. & 65  
& supra in  
Ref. 53 §. ult.  
& in tom. 4.  
amicissimus Pater Laurentius Longus in tabulis Sa-  
cram. tab. 2. c. 28. n. 8. Ioannes de Soria in Epilogo  
summarum part. 2. tract. 1. scilicet 1. disput. 6. §. circa  
articulum mortis. Remigius præf. confess. tract. 5.  
cap. 6. §. 11. num. 5. & novissimè Ioannes Pontius  
in Curs. Theolog. disp. 46. quæst. 7. concl. 5. n. 95. ubi  
loquens de incidentibus in amentiam, & de iis, qui  
nullum antea dederunt signum contritionis, sic af-  
ferit; Quamvis posset conjici ex anteacta bona vi-

ta, quod si habuit tempus, habuerit etiam internam dispositiōnem; tamen illa conjectura non sufficit, nisi ad absolucionem conditionatam, qualis si posset dari ipsi, posset etiam ei, qui ante scelerat vivere: quia tales solent dolere de peccatis, & petere confessionem, quando sunt in periculo vite, de quibus tamen non eodem modo quantum ad hoc discurrendum esse sentiunt Auctores, qui oppositum conclusionis tenent.

5. Quantum ad me autem attinet, non video, cur non possit dari utriusque cum conditione, cum nihil mali sit in cōfērenda tali absolutione, & non sit evidens, nec certum de fide, quod non possit prodebet.

6. Nec obstat, quia Concilia, & Pontifices in hoc casu semper addiderunt, absolutionem impendam, modo testimonium ab aliis detur voluntatis præterita confitendi: ergo requiriatur, quod ipse aliquando significaverit talem voluntatem.

7. Respondeo, eos loqui de absolutione absolu-  
ta, non conditionata: & propterea hoc argumen-  
tum valere de tali absolutione, non de conditiona-  
ta, quidquid dicat Cardinalis de Lugo.

8. Dices cum Cardinali, hoc Sacramentum ex institutione sua esse indicium sensibile, ad quod re-  
quiritur accusatio sensibilis.

9. Respondeo, negando consequentiam, si loqua-  
tur de alias sensibili accusatione, quam de illa, quæ  
potest ex signis sensibilibus conjici: accusatio au-  
tem penitentis potest sic sensibiliter cognosci ex  
eo, quod soleant penitentes cuiuscunq[ue] condicio-  
nis in periculo mortis petere confessionem, cum pos-  
sunt id facere, est enim verisimilis quod talis peni-  
tentis idem faciat interne, aut fecerit ante, ergo fal-  
tem sub conditione absolvī potest. Hucusque Pon-  
tius. Dicendum est igitur secundum mentem horum  
Doctorum, moribundum sensibus destitutum posse  
à Confessario sub conditione absolvī, quin addit  
peccare mortaliter, si id non faciat Martin. de San  
Joseph in mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tr. 16. de pen. n. 9,  
ubi sic fit; Pero la mas grave question es, si podrà  
absolver el confessor al penitente destituido de sen-  
tidos, que ni confessò peccado alguno, ni diò señales  
de contricion: Es comun opinion de los Doctores,  
que no podrà absolvere, porque todos los de-  
cretos de los Pontifices, y Concilios, quando hablan  
de la absolucion de los enfermos sin sentido, dizen  
que podran ser absueltos, es con condicion que ayan  
pedido confession con palabras, ó señales, y el Con-  
cil. Trid. scilicet 1. 4. c. 9. enleña, que la confession es acto  
judicial, en que forzosamente ha de haver algun  
modo de acuacion: y quando demos, que el tal en-  
fermo tuviesse atricion ó contricion interior, esta  
no es confession, señale confession seria la contri-  
cion, ó atricion, significados con accion exterior y  
assí no basta la voluntad que pudo tener de confes-  
farle, sino que la confession ha de ser actualj por  
señales, ó por llamar al confessor, con todo ello ay  
Auctores graves, que affirmán, que aun en este caso  
apretado, le deve absolver el confessor de baxo de  
condicion: si possum, & est capax absolutions: y lo  
mismo han tenido hombres dotissimos, que no han  
escrito, porque todos dizen que en à quel punto, aun  
los hombres desalmados se cōvierten de ordinario,  
y le piden misericordia à Dios, pesandoles de sus  
ofencias. Y na die en duda se ha de presumir, que no  
se acuerda, y cuida de su salvacion eterna, y que por  
lo menos en lo interior careza de atricion, con  
que ayudado con el sacramento se salve. Et moriens  
nunquam presumitur immemor salutis æternæ, l.  
fin. C. ad leg. Inl. repetundar. cap. Sancimus 1. q. 7.  
A la verdad yo juzgo, que esta opinion es probable  
por principios extrínsecos, y en caso semejante pe-

cará contra caridad el Sacerdote, que no absolvere  
al tal enfermo debaxo de la condición dicha, porque  
no haciendo, como no se haze agravo al Sacramento,  
dexara, deponer los medios, que puede para la  
salvación del proximo en lance tan apretado. Ita  
Martinus de San Joseph.

Aliis in Ref. vero sufficiat pro curiosis Doctoribus jam alibi adductis, Authoris in hac resolutione citatos addidisse.

RESOL. LXII.

*Quis non coram infirmo, sed statim in ejus absentia manifestavit Confessario illum petisse confessionem, vel signa contritionis ostendisse, quaritur, an si Sacerdos illum vivum adhuc inveniat, possit sacramentaliter absolvere?*

*Et an adversus hoc non faciat Decretum Clem. VIII. editum die 20. Junij 1602. in quo damnatur tamquam falsa, temeraria, & scandalosa ista proposicio: scilicet licere per literas, seu inter nuntium confessionem absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere?*

*Et notatur Clem. VIII. in supra dicto Decreto declarare supra dictam absolutionem non solum illicitam, sed etiam invalidam, & nullam esse. Ex part. 3. tract. 3. Ref. 7.*

Ipso loco in §. 1. Afirmativa sententia potest hoc argumento suaderi, quia in hoc casu, licet illa confessio sit facta absente Sacerdote per nuncium, tamen potesta absolutione non datur in absentia, sed in praesentia penitentis ergo licita & valida erit. Et ita hanc opinionem tenet Henriquez lib. 5. cap. 2. n. 7. & Valentia rom. 4. disp. 7. q. 11. punc. 1. ubi sic afferit, quod ipsa confessio possit fieri per nuncium, aut litteras Sacerdoti, dummodo ipse Sacerdos non nisi presentem potesta absolvet, omnino est probabile; illa fuit ut v.g. si ager aliquis absensem Sacerdotem per litteras, aut per nuncium accersat, ac timens futurum, ut morbo potesta oppressum, confiteri illi in praesentia non possit per easdem litteras, vel nuncium ipsi conponit, sitetur, ut adveniens demum Sacerdos se quantumvis morbo aggravatum absolvet. Hæc Valentia, quæ omnia accidunt in casu nostro. Ergo, &c.

2. Nec adversus hanc doctrinam facit decretum Clementis VIII. editum die 20. Junij 1602. in quo damnatur tamquam falsa, temeraria, & scandalosa ista proposicio, scilicet, licere per litteras, internum nuncium Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere. Nam respondent aliqui hanc propositionem non ita à Pontifice damnari, ut utrumque ejus membris censura notetur, ac proinde supradictam declarationem volente intelligendum esse in sensu copulativo, seu complexivo, non autem in sensu divisivo; fundatur haec interpretatione in tribus. Primo in particula & quæ utrumque membrum conjungit, & parit sensum complexivum; nam si divisive loqui voluerit Pontifex, potius id explicasset per particulam vel. Secundo, quia Pontifex utitur signo demonstrativo singulari, dicens hanc propositionem, quod propriè denotat hypotheticam, damnari per modum unius. Tertio, quia inter Theologos tunc quando emanavit illud decretum, non erat questio de sensu divisivo, sed de complexivo tantum; ergo solum censendum est Pontificem declarare id, de quo erat controversia.

3. Et ita explicationem hujus decreti modo quo supra, esse probabilem putat Beatus de Sacramen-

tis, cap. 37. q. 8. nam contraria vocat tantum tutiorum; unde sic explanant hoc decretum Filliueius in tom. 1. tract. 7. cap. 1. n. 20. & Villalobos in summa, tom. 1. tract. 9. diff. 37. n. 6. ubi sic afferit: [A la declaracion de Clement. VIII. se puede responder que alli ambas cosas juntas inclue confessione y absolucion en ausencia; y ya qui no las ay juntas, que està presente el Sacerdote, quando absolve, y mas que alli, no determina el Papa que la Confession echa en ausencia no es valida, sino solo dice que es illicita.] Ita ille. Et hoc ultimum, nempe Clemente VIII. in illo decreto non determinasse confessionem factam absente Sacerdote esse invalidam, sed illicitem docet etiam Coninch in response contra Coquetum impugnante ab solitu. em moribundi, num. 27. & 28.

4. Igitur ex supradictis videtur dicendum, posse Sacerdotem absolvere moribundum sensibus destitutum, si testes de signis ejus contritionis non coram infirmo testimonium ferant, dummodo Sacerdos posset, praesente infirmo, illi sacramentaliter absolutionem tribuat. Et hanc sententiam tenet Filliueius tom. 1. tract. 7. cap. 5. n. 122. Bonacina de Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 2. punc. 2. §. 4. n. 10 Fernandez in exam. resol. mor. part. 3. c. 7. §. 6. n. 50. & Zambranus de cas. tempore mortis. cap. 4. dub. 2. sect. 5. n. 31. qui afferit confessionem absente Sacerdote esse validam tempore mortis, quando alter fieri non potest, non obstante decreto Clem. VIII. vide etiam Layman in Theol. mor. lib. 5. tract. 7. cap. 3. n. 9. in fine. Pollevinum de officio curati cap. 7. n. 88. Villalobos ubi supra, & alios.

5. Nec contra hanc sententiam abit D. Leo Epist. 89. ibi, testimonia ei fidelium circumstantium prodebet debebunt, ubi videtur docere testes in hoc casu in praesentia infirmi testimonium ferre debere; nam aliquis posset respondere, Pontificem dixisse, quia id frequentius solet evenire, nempe ut Confessarius supervenient, ubi est moribundus cum aliis, qui posset illi testimonium ferant vocatum à moribundo Confessari, &c. Unde in Concilio Arausiano VII. cap. 12. & in Carthaginensi IV. cap. 76. dicitur absolutè sufficere Confessario ad absolvendum sacramentaliter infirmum, si testes dent testimonium de voluntate ipsum; ergo, &c.

6. Hac opinio videtur mihi probabilis, & novissimè, in terminis, ut afferunt, terminantibus iterum illam tenet Bonacina tom. 3. disp. 2. quest. 3. punc. 33. num. 4. ubi afferit, posse absolviri penitentem, qui accessit Confessari per nuncium, & adveniente Confessario ita obmutuit, & ita sensibus destitutus est, ut nullum peccatum exprimere, aut doloris signum exhibere possit, nullusque tunc adsit, qui petitionis confessionis fidem faciat, & ita Roma sensibiliter multos DD. testatur. Et ita sentiunt multi viri doctri Societatis Jesu; & nostra Religionis.

7. Sed negativam sententiam ego teneo, quia Sup. hoc lego Ref. & §§. annos. p. ex. teritarum hujus Ref. posse esse de necessitate sacramentalis Confessionis, ut efficiatur in praesentia Sacerdotis, ut teneat ferre omnimes Doctores ex Dominicanorum familia, & Societate Jesu locis citatis, & illi quos ad satietatem adducit Franciscus Avila in dissertatione de confessione per litteras cap. 2. per totam. Confessio enim est actus personalis, ut & absolutionis ergo sicut Confessarius non potest absolvere in absentia, ita & penitens non potest confiteri nisi illo praesente, unde Clemens VIII. quidquid afferat Villalobos & Filliueius ubi supra, in illo decreto, non solum damnavit absolutionem absente penitentem, sed confessionem absente Confessario, & ita verba illa Clementis accipienda esse in sensu divisivo, & non complexivo docet Seraphinus Freitas in addit. ad tract. de confess. sollicit. quest. 13. n. 31. Alphonsus de Leone tract. de offic. &

potest. Confess. tom. i. recollect. 6. num. 123. Turrianus de pœn. quæst. 9. art. 2. diff. 3. 2. dub. 4. Fagundez preç. 2. lib. 2. cap. 10. num. 5. Coquetius in dissertatione de confessione per literas. cap. 5. num. 15. Alvarez in p. 2. D. Thome. q. 19. art. 6. diff. 80. in appendice n. 34. & sequent. Petrus Fay de pœn. in addit. ad 3. p. 9. q. 9. art. 3. diff. 3. Pirigianus in 4. sent. tom. 2. diff. 17. quæst. unica. art. 8. concl. 2. Nugus in 3. p. tom. 2. q. 9. art. 3. diffio. 2. constit. 2. Franciscus Avila in dissert. de confess. per literas cap. 9. Joannes Chacavilla tractat de modo ministrandi Sacra menta tempore peccatis. quæst. 30. Sylvius in 3. part. post concl. 4. qui ex Cardinali Bellamino testatur Clem. VIII. intellexisse suum decretum in sensu diviso , quod postea die 14. Julij 1605. declaravit sacra Cardinalium Congregatio cuius, verba afferunt Coquetius, & Fay ubi supra.

\* Quæ hic  
est supra  
Ref. 58.

8. Igitur ex supradictis apparet, negativè respondendum esse ad casum propositum in praesenti resolutione, nam moribundus confiteretur per nuncium absente Sacerdotem, que confessio est damnata per dictum decretum Clem. VII. quod non accidit in causa \* resol. 4. Videlebet, quando Confessarius inventit moribundum sensibus destitutum, & adstantes testificantur illum confessionem petuisse, vel signa contritionis exhibuisse, nam (ut *suprà* dictum est) dum tales adstantes Sacerdoti praesenti penitentiam, & desiderium moribundi explicant, instar interpretationis ipsius confessionem Sacerdoti exponunt, atque ipsis per hos Sacerdoti praesenti confitetur; quod non potest dici in caso de quo loquimur, nam testes expoununt Sacerdoti penitentiam moribundi, ipso absente; ergo est confessio facta per nuncium in absentia, qua à Pontifice iam damnata, & improbata est; ergo, &c.

9. Notandum est etiam hic contra Coninch, & Villalobos *ubi suprà*, Clem. VIII. in supradicto decreto non solùm confessionem absenti factam, & ab solutionem absenti datam declarasse illicitem, sed etiam invalidam, & nullam. Et ita preter Pitigianum Nugnum, Avilam, Coquettum, Alvarez, Fagundes, *ubi suprà* docent etiam Ioan. de la Cruz in direct. p. 2. de sacram. Pan. quest. 3. dub. 7. concl. 3. Fabrus d. Pan. 4. sent. dist. 17. quest. unica, disp. 29. cap. 1. n. 19. & Franciscus Avila in differat. de confessione per litteras cap. 9. sed ad ultimum dubium principale, curiosum & difficile deveniamus.

RESOL. LXIII.

*An Confessarius possit absolvere sub conditione moribundia sensibus destitutum, qui neque petit confessionem, nec ullum signum dedit contritionis? Ex part. 3. tract. 3. Ref. 8.*

Sup. hoc in §  
duabus Ref.  
seqq. & su-  
prā in Ref.  
55. §. ult. &  
in Ref. 61. §. 1  
Sed si. & in  
tom. 4. tr. 3.  
Ref. 155. §.  
Ita.

5.1. **A**ffirmativam sententiam (attendas quae-  
amice lector) docet Homobonus in ex-  
amine Ecclesiæ p.1. tract.7. cap.18. quaf.8.4. ubi sic asse-  
rit: Prudenter aget Parochus, si favoribliori illi op-  
pinioni adhaereat, que fentis absolutionis beneficium  
monibundo impendi posse, etiam si nullum confes-  
sus sit peccatum, nec Confessarium petient, nec in-  
dicia exhibuerit, ex quibus actus contritionis, vel ac-  
tus penitentiae argui possit; modo talis in mortis articulo  
constitutus, Christiano more vivere soleret, & bonu-  
m ac fidelis homo estimaretur. Quod quidem placitum  
in praxi referunt amplexum fuisse Clement. VIII.  
Pontificem Maximum, ac prudenterissimum virtum  
hunc enim quidam ex fabrie. D. Petri precepit rufi-  
set, & illum cadentem vidisset, absolutionem ei de-  
dit, dicens: Si es capax, absolveto te a peccatis tuis  
Quia sententia illa laxe ratione confirmatur, quod  
in necessariis ad salutem tutior pars est amplecten-

da, & certiori periculo occurrentium est ; & irreverentiam Sacramenti, vel sacrilegij periculum, tunc conditione apposita , tum auctoritate Doctorum, hanc opinionem tuentium, cessare dicitur. Ita ille,

2. Et ante illum Molpesius in summ. tom. 1. tract. 7.  
cap. 5. n. 48. & 49. qui nota hanc sententiam tenuisse  
ex nostra Religione Patrem D. Gabrielem Lothe-  
rium, virum doctissimum, Patrem Salmeronem So-  
cietas Iesu, & Patrem Lupum Capuccinum, & con-  
firmat hanc opinionem his rationibus; quia in tali  
casu potest esse (prout in dubio presumitur) ut quis sit  
memor salutis aeterna, & interius habeat aliquem  
efficacem attritionem, qua recte dispositus sit recipi-  
re sacramentalem solutionem, & de atrito hei-  
contritus. Nec urget dicere, quod multiores qui ex  
insperato loquela amittunt, non solent habere peccatorum  
attritionem, quia praeoccupati timore mortis,  
ad alia non advertunt. Nam respondetur, in his  
viris frequentius accidere, ut cogitent de peccatis  
suis, ut experientia docet, & leges adaptantur ad  
ea, quae frequentius, non autem quae raro accident.  
Sic Molpesius.

3. Hanc etiam sententiam docet Antonius de Literatis in *summa edita Roma cum approbatione Magistri Sacri Palatij anno 1611. part. 1. cap. 3. num. 7.* & quod majus est, hanc opinionem non solum approbavit Gregorius XV. Pontifex maximus, quando era Archiepiscopus Bononiensis in *memoriali Confess. cap. 1. de forma sacramentorum. P. penit. n. 16. folio 215.* edito Bononiae apud Ioannem Baptistam Bidellum anno 1623. sed etiam tenuit, debere Sacerdotes illam in praxim deducere; sic enim ibi assertur. Licer absolvere moribundum, etiam si nullum penitentia signum det in praesentia Confessarij, si tamen aliquis testetur eum offendisse confitendi desiderium; ita docet Rituale Pauli V. immo addit Sacerdotale Romanum pagina 62. ex doctrina Divi Antonini, posse etiam abfolvi moribundum affluens frequenter confessionem, quamvis repentina casu oppressus Sacramentum non petierit. Neque solum potest Confessarius in his duobus casibus absolvere, sed etiam debet, quia contingere potest moribundum esse tantum attritum; unde damnetur, nisi absolvatur. Ita ille.

4. Unde ego, saltem ex principio extrinseco puto,  
hanc sententiam probabilem esse, & ita illam tenet  
aliqui Patres Societatis Iesu, & nostrae Religionis, &  
dici potest, quod in hoc eau adeat aliquo modo ma-  
teria, qua per testificationem, & famam probatis  
dicti moribundi efficitor praesens; probus enim vi-  
supponitur omni die actus contritionis, & signa do-  
loris elicere. Frob. &c.

5. Verum his non obstantibus sententiam negati-  
vam ego teneo, quam tuetur Henriquez lib. 3. de  
*pan. cap. 10.m.9.* ubi sic ait; Si infirmus amissio ratio-  
nis iudicio, nullum præbet, nec paulo antea dederat  
peccati, & penitentia signum, nullo modo est ab-  
solvens ad peccatis, in quo quidem rudiores Sacer-  
dotes errant. Sic ille, & post illum Petrus Fay de *pan.*  
*in addit. ad 3. pari. quest. 9. art. 2. disp. 2.* ita asserens.  
Neutquam absolviri potest, qui subito in supremum  
vita incidit abscimen, neque coram Sacerdote ex-  
primere peccatum ullum potest, aut signis aliquibus  
dolorem peccatorum, & volitionem confitendi pate-  
facere; licet contrarium indiscretè, & ignoranter fa-  
tis, ac fine ullo proflus, vel apparente fundamento à  
variis Sacerdotibus practicetur. Sic Fay, & hanc  
sententiam novissimè mordicus tenet Episcopus  
Joannes Malderus vir doctissimus *in tract. de sigillo*  
*de confess. cap. 15.* Alphonsus de Leone *tract. de of-*  
*ficio.* & potest. *confess. tom. 1. recol. 6.n.131.* Naldus in  
*summ. ver. confess. num. 32.* cum aliis communiter.  
Et ratio est, quia absolutio ex Concilio Triad. *conf. 14.*

# De Absol. Sacramentali. Ref. LXIV. &c. 261

6.9. est actus judicialis, sed judicium non exercetur, ubi accusatio nulla est; ergo.

6. Nec valet dicere cum Homobono, & Molfesio ubi supra, quod moribundum in tali casu forsitan interius habebit attritionem; nam respondeo cum Zambrano de cas. occurrentibus tempore mortis, cap. 4. dub. 2. scil. 8. num. 46. & cum omnibus Theologis, attritionem, vel contritionem interiorem non esse confessionem, sed signa externa contritionis esse confessionem peccati in generem, nam materia Sacramentorum debet esse sensibilis, qua non adeat in casu nostro; ergo nullo pacto adhibenda erit absolutio.

7. Firmat etiam hanc sententiam Concil. Arausic. I. c. 12. ubi sic habetur. Subito obmutescens baptizari, aut penitentiam accipere potest, si voluntatis praeterea testimonium aliorum verbis habet, aut praesentis in suo mutu; vide quomodo Concilium requirat materiam sensibilem, quam etiam postulat Concilium Carthaginense II. c. 3. & IV. c. 76. cum Decretali Leonis I. ad Theodorum Foriolensem, quae est epist. 91. unde apparet, semper in Ecclesia cautum fuisse, ne moribundus absolvatur, qui aliqua signa non dederit, per qua aliqua confessio, & accusatio haberi censeatur; & ideo Layman in Theol. mor. lib. 5. tract. 6. c. 12. n. 4. sic acit Patres & Doctores non alter permittunt Penitentia sacramentum moribundo obmutescens ministrari, nisi antea sacramentalis absolutionem verbis, aut signis petiverit. Ita illi cum Reginaldo tom. 1. lib. 8. cap. 3. n. 25. Turriano de pan. q. 9. art. 2. diff. 30. dub. 1. ad 3. argum. Belluchio de cas. ref. part. 1. q. 2. n. 116. Pitigiano in 4. sent. tom. 2. diff. 17. q. unica. art. 8. concl. 3. Yribarne in tom. 2. diff. 18. q. unica. diff. 16. scil. 5. Valsquez in 3. part. tom. 4. q. 91. art. 2. dub. 1. n. 1. & aliis.

8. Nec urget, quod cum talis moribundus bene vixerit, primum habere confitendi voluntatem, nam respondetur, quod Concilium Tridentinum, & Florentinum asserunt materiam hujus Sacramenti esse actus penitentis ergo non sufficit voluntas confitendi, sed oportet confessionem esse actualem; saltem in mutu, aut vocazione Confessarii.

9. Et sic satis explicata sunt quinque dubia, quae in principio Tractatus discutienda proposuimus, plausis DD. circa presentem questionem innixa.

## RESOL. LXIV.

An Confessarius possit absolvere sub conditione moribundum, qui neque perit confessionem, nec ullum signum dedit?

Et an sit licitum Confessario absolvere a peccatis mortis proximum sensibus defitutum, eriam si nulli sint presentes, qui testentur illum petuisse confessionem, nisi signa contritionis dedisse, dummodo alius absens qui illum vocavit, si dem de peccata ab eodem confessione prius illi fecerit?

Et an sit absolvendum & sub conditione Sacerdos, qui inchoata Missa post introitum, & si corpore prius sanus, voce amissa, cadens ad interitum rueret? Ex part. 4. tract. 4. Res. 92.

**Q**uite est §. 1. Negativam sententiam ego docui in 3. part. tract. 3. resol. 8. cum multis Doctoribus quibus adde Petrum Ochagaviam de Sacram. tract. 2. de Confess. Sacram. quest. 17. m. 14. & Guillelmum Mercerum in addit. ad 3. part. D. Thomas q. 9. art. 2. in dubio, num. 9. qui respondet ad quondam auctoritatem D. Augustini.

2. Veram ibi pro affirmativa sententia adduxi Homobonum, Molfesium, Litteratum & Gregor. XV. quando erat Archiep. Bononiensis, nunc ad Bartholom. à S. Fausto in moral. tom. 1. lib. 4. quest. 204.

quia, ait ille, si potest dari absolutio sub conditione, quando dubitatur, an penitens habeat usum rationis, vel an sint peccata, nulla est ratio convincens, cur id fieri non possit; similiter sub conditione, quando talis hic nullum signum dedit contritionis, & alias devotus erat, & frequentabat confessionem & communionem, nam potest esse, pro ut in dubio presumitur, ut quis sit memor salutis aeterna, & quod interius habeat aliquam efficacem attritionem, qua recte dispositus fit recipere sacramentalem absolutionem, & de attrito fiat contritus, praesertim quia nulla sit injuria huic Sacramento, sub conditione imperitur absolutio, unde si non reperiatur dispositus, absolutio habetur pro non data, & sic prodesse, non autem nocere potest, nec fit irreverentia Sacramento; & in confirmationem hujus refertur quod dum casu eadebat Roma quidam ex fabrica D. Petri, & reperiebatur ibi Clemens VIII. Pont. Max. vir sapientis, & videlicet illum cadentem; quod dederit ei absolutionem his verbis; Si tu es capax absolutionis, ergo te absolvio. Ita Faustus loco citato. Et tandem novissime, posse in tali casu absolutionem per modum suffragij adhiberi, docet doctus Jacobus Bayus Professor Sacr. Theol. in Academ. Lovaniensi in inst. Relig. Christ. lib. 2. cap. 91. & quia codex rarus estponam ejus verba. Caterum ait, an repente loquam & lensum ac omnem intelligentiam deprendens sine ulla prævia confessione, nulloque signo peculiari in ordine ad claves, ne vel in communione absolviri possit, majorem habet difficultatem, cum enim absolutionis sententia per modum judicij & cause cognitione proferenda sit, nullaque hic peccatorum confessio, vel iudicij materia reperiatur, absolutionis sententia impendi nequit; attamen per modum suffragij absolutionem adhiberi, nihil vetat inclusa conditione tacita, vel expressa, in quantum possum, & quatenus capax es. Ita Bayus, sed ego, ut dixi, negativam sententiam tenendam esse puto, nec alter in praxi faciendum esse existimo.

3. Notandum est etiam hic Philibertum Marchinum in tract. de bello divino, seu de pecc. part. 3. c. 13. n. 15. docere, quod licitum est Confessario absolvire a peccatis mortis proximum sensibus defitutum, etiam si nulli sint praesentes, qui testentur ipsum peccatis confessionem, aut signa contritionis dedisse,

Sup. hoc ut  
petita ab eodem confessione prius illi fecerit. Ita in annos ult.  
ille, ubi etiam num. 19. docet, absolvendum esse sub  
conditione Sacerdotem qui inchoata Missa post introitum eti corpore prius sanus, voce amissa cadens  
Sup. hoc su-  
prā in Ref.  
ad interitum rueret; quia praebens signa penitentiae & Missam inchoata dispositus judicandus est ad sacramentalem absolutionem recipiendam, eo vel maximè quod in articulo mortis quilibet quoctunque pietatis signo virtualiter confessionem in votis habere censeatur, cum unusquisque in mortis discrimine optimo, quo potest, remedio anima sua provide preluminatur. Sed huc omnia non admittunt Doctores, quos ego ipse citavi ubi supra, resol. 7.

Qua hic est  
Ref. 1. post  
præteritam,  
& in aliis  
eius primis  
& secundis  
annos.

## RESOL. LXV.

An moribundus nulla signa contritionis ostendens possit sub conditione absolviri?

Quod idem dicendum est de Sacerdote, qui in confessione generali fieri solet in principio Missa amittere loquaciam, ac usum sensuum, quod possit absolviri sub conditione ex vi talis confessionis. Ex part. 9. tr. 6. & Miss. 1. Resol. 20.

§. 1. Difficilis quæstio: & ideo sapius ad illam pertractandam calamum sumo: & quia

¶ pluribus per litteras instanter rogatus fui an praeter Doctores a me alibi adductos, alios haberem pro opinione affirmativa tenuenda, illos hic non gravabor apponere: sic ita assert Petrus Marchant. in *Tract. 4. tom. 1. tract. 4. tit. 4. dub. 7.* [Sed ad pri-  
mam partem hujus quartae responsionis in favorem animatum revertarum, in qua dixi, quod quando peccator Catholicus ita opprimitur, ut nullum apparet signum penitentiae, aut desiderate, sive postulata Confessionis; nihilominus possit sub condicione absolvitur, sive absolvendum esse. Cui responsio-  
ni, quamvis nonnulla superius dicta videantur ad-  
verfar, illam tamen sic declaro. Etsi namque in ta-  
li peccatore sic oppresso, nullum mihi signum appa-  
reat, quod materiam Confessionis faciat mihi sensibili-  
tate presentem in ordine ad absolutionem, nec  
mihi proinde certo constet, peccatorem sic obmu-  
tescentem de peccatis, aut salute cogitare; imo nec  
apparet eum ratione uti: potest tamen fieri, ut non  
tantum intus de peccatis doleat, confiterique deside-  
ret; sed etiam aliqua signa edat per se sensibilia,  
etsi mihi incognita, ut sunt suspitia, gemitus, aspi-  
rations, oculorum fixi intuitus, aut alijs in corpore  
motus, qui, etsi doloris corporalis, aut naturae pa-  
tientis sint ordinaria signa; nihilominus ab ipso peccato-  
re quandoque ordinantur, ut interna penitentia  
nutus. Unde absolvendo eum sub conditione,  
& numeri, ac charitati in hac extrema necessitate  
satisfacio; & conditio omnem irreverentiam, & de-  
fectum, qui subesse posset, tollit, & in anxieta-  
tanta animam Deo commendo intentione communi-  
Ministris Ecclesie, quae ut supra diebat S. Augustinus,  
nullum ex hac vita sine artha sue pacis exire  
velle debet. Confirmor in hac ignoritorum signorum  
declaratione, eo, quod mihi semel extremo pericu-  
lo post Extremam Unctionem laborant, & per omnia  
sensuum operatione destituto contigit. Sensibus  
omnibus destitutus eram, excepto auditu: ratione  
autem, & judicio firme, & recte intus utebar, ita  
ut cum me desiceret, & ex Medico foris loquente,  
& ipsius nature debilitate perciperem, firmiter me  
Dei misericordia commendabam, & pium affectum  
aliquem foris conabar præstare. Unde mirum est,  
si forte gemitu aliquo, vel respiratione, vel doloris  
nutu illud non ostenderim, quamvis adstantes illa  
non notarent, nisi forte ut eram signa naturae pa-  
tientis. Ab illo tempore in animum induxi, quod, si  
quovis modo aliquem Catholicum sic oppressum,  
reciperem, nec signum aliquod mihi intelligibile  
penitentiae dare possem; nihilominus sub conditione  
absolverem, eo quod forte aliquod signum peni-  
tentiae edat, etsi mihi incognitum: cum (ut dixi)  
hoc sit charitas, & conditio omnem defectum au-  
ferat, qui in administratione Sacramenti contingere  
posset.

2. Lezana in *Summa qq. Regul. tom. 3. verb. Confes-*  
*sio, num. 1.1.* [Majus dubium est in casu, quo nec  
moribundus Confessionem postulavit, nec signa  
contritionis dedit, nec est aliquis, qui id testetur,  
an seilicet, tunc absolvitur possit, aut debeat modo  
dicto, scilicet, sub conditione: Affirmant Mol-  
lius in *Summa, tom. 1. tract. 7. cap. 5. num. 48. & 49.*  
Homobonus in *exam. Eccles. part. 1. tract. 7. cap. 18.*  
*quæst. 8.4. & alij, eò quod dicant, Clement. VIII.* ita  
fecisse cum quiodam, quem ex fabrica S. Petri pre-  
cipitem ruere videbat; & quia credunt, quod eo ip-  
so, quod homo est bonus fidelis, in tali casu vellet  
confiteri sua peccata. Sed negant communiter Do-  
ctores: tum, quia Concilia relata solum loquuntur,  
quando moribundus petivit Confessionem: tum,  
quia absolvitur non potest dari sine actuali Confes-  
sione, quia in hoc casu non extat. Vasquez in *3. part.*

*tom. 4. quæst. 91. art. 2. dub. 1.* Diana *supra, \* ref. 2.* Quæst.  
lui. 3. Lugo *supra, sect. 3.* Ego vero, si èt hanc fe. et finge-  
cundam sententiam probabilorem credam; primam Ref. 6.1.  
tamen non reputo omnino improbabilem, eò vel  
maxime quod existimat, omnes fideles in eo peri-  
culo constitutos, si vel per modicum tempus sui  
comptos existant, non solum actu interno Confes-  
sionem desiderare, sed externo actu id desiderium  
semper manifestare; quod videtur virtualis quedam  
Confessio, pro absolutione conditionate conceden-  
da. Sed alij judices sunt.

3. Averfa de *Sacram. Pœnit. quæst. 1. sect. 1.8.* At  
in casu extreme necessitatis, quando moribundus  
non aliter confessus est, nec confiteri potest si forte  
edidit aliquod Confessionis signum, & de hoc Sa-  
cerdos prudenter dubitet, quamvis id ei non no-  
tificetur, quia nec ipse, nec alius adfuit prefens, ut  
percipere posset tale signum, tunc si detur absolu-  
tio, forte valebit, & idem sub conditione impertien-  
da est tali moribundo. Ita se habuit casus ille, qui  
narratur de operario lapso à fabrica D. Petri, &  
absoluto à Clemente Pontifice: poterat enim pruden-  
ter dubitari, illum in cadendo inclaimasse Confes-  
sionem, quamvis nullus illud audire, vel nuntiare pos-  
set: idem pie illi poterat absolvitur sub conditione  
impendi. Et inutile profrus est, quod responderet  
Manriquez, ubi *supra*, potuisse id fieri a Pontifice,  
quia est supra omne positivo iure humano, sed ex iure  
divino in instituendis Sacramentis, supra quod non  
est Pontifex: quare id similiter poterat, & in omni si-  
milis casu posset quilibet Sacerdos. Sic, quando du-  
bitatur, num quis ex angustia mortis, vel ex com-  
punctione cordis signa ediderit, conceditur debere  
sibi conditione absolvitur. Item, si quis solitarius ex-  
stens repentinus casu oppressus, ex desiderio sua sa-  
lutis Confessionem inclamat, & alius forte pertran-  
siens eum audiat, idque nuntiet Sacerdoti, poterit  
fanè absolvitur: ergo etiam in casu, quo nullus audi-  
re, vel nuntiare poterit, si dubitari possit, illum  
edidisse aliquod signum, (locus dubitandi aderit,  
quandocunque non constet oppositum,) impertien-  
da ei erit sub conditione absolvitur. Quando enim  
non potest haberi materia certa Sacramenti, licetum  
est tentare confidere cum materia dubia; in Sacra-  
mentis, inquit, ad salutem necessariis, qualia sunt  
Baptismus, & Pœnitentia. Quare, sicut in extrema  
necessitate licitum esset baptizare in aliquo liquo-  
re, de quo dubitaretur an sit aqua naturalis, quando  
certa aqua haberi non posset: ita in extrema nec-  
cessitate licitum erit absolvere in dubio Confessionis:  
quia, si forte moribundus eo modo, quo potuit,  
Confessionem petit, jam adhibuit ex parte sua  
materiam necessariam, se aliquo modo accusando,  
& officium Judicis implorando, & ad hoc sacram  
Tribunal configiendo; & idem cum hoc dubio  
materiam poterit adhiberi absolutionis forma. Et ita  
in praxi Lugs ex auditu narrat, in Belgio fieri à  
multis Confessariis, qui milites in bello moribun-  
dos, etiam si nulla signa dare possint, absolvunt.]

\* 4. Pellizzarius Societatis Jesu in *Man. Regul. \* sup. In-*  
*tom. 1. tr. 5. cap. 3. sect. 1. n. 60.* [Utrum vero Religio, in Re-  
fus Sacerdos, qui in Confessione generali fieri solite  
in principio Missa amittit loquaciam, ac usum sen-  
suum, posse sacramentaliter absolviri ex vi talis Con-  
fessionis, quia ille se confessus est peccatorem, dicens:  
Quia peccavi nimis cogitatione, verbo, &c. Respon-  
deo, non posse, eò quod talis Confessio non sit sa-  
cramentalis, nec in ordine ad claves, (prout requiri-  
tur ad absolutionem;) sed oratio quædam ad alium fi-  
nem prolata. Ita Layman lib. 5. tract. 6. cap. 8. n. 4. &  
alij contra Marchinum tract. de peste, part. 3. cap. 1;  
num. 1.5.

# De Absol. Sacramentali. Ref. LXVI. 263

num. 15. cuius opinionem puto defendi posse, non quidem, quod haec Confessio sit sufficiens ad absolutionem sacramentalem; sed ob doctrinam à nobis tradendam, nimirum posse absolviri illum, qui sensibus omnino defititur, & nullo pacto petit confessionem, si conteret illum fuisse solitum vivere mortuus Christiano, &c.] Quam doctrinam postea firmavit in rom. 2. tract. 8. cap. 3. sect. 2. num. 114. ubi testetur ex fide dignis, talenm doctrinam docuisse, & practicasse Theologice Scholas fulgentissimum lum men Suarez, & per se litteras à se consultos tradidisse Patrem Nicolaum Baldellum, & Patrem Anthoniun Naldum, viros ex eorum Operibus impressis factis notos. Vide omnino dictum Pellizzarium.

5. Victorianus Premoli ex eadem Societate in Memoriali Cleric. part. 4. cap. 1. num. 14. [ Sexto, scire debet nunquam licere absolvire ablentem, quicquid aliqui in contrarium dixerint. Ita enim declaravit Clemens VIII. licet tamen absolvere moribundum, etiam nullum penitentia signum det in praefectione Confessarij, si tamen aliquis testetur, ostendisse confiendi desiderium. Ita docet Rituale Pauli V. & etiam supra diximus. Imò addit Sacerdotale pag. 62. ex doctrina D. Antonini: posse etiam absolviri moribundum afflictum frequentare Confessionem, quamvis repente cau oppresus, Sacramentum non petierit. Neque solum potest Confessarius in his dubios casibus absolvere: sed etiam debet, quia contingere potest, moribundum esse tantum attritum, unde damnetur, nisi absolvatur, ut de priori cau dicit Suarez.] Et tandem Tamburinus Societas Jesu in Methodo expedit Corfessionis, edito Romae 1647. lib. 2. cap. 10. §. 1. n. 11. sic ait: [Nonnulli Doctores putant, ejusmodi moribundum satis superque petere Confessionem per mores Christianos tota vita sensibilitate peractos: atque adeo putant absolviri posse, saltem sub conditione, si est capax absolutonis; idcirco in praxi censeo posse, saltem sub conditione dicta: imò propter tam urgentem instantis mortis necessitatem, etiam debere. Ratio est: quia per conditionem caveretur injuria Sacramenti: & ex alia parte consulitur, quantum fieri potest, saluti moribundi, qui in tali articulo presumi saltem attritus potest.] Ita ille.

6. Et hanc sententiam novissimè mordicus tenet Leander de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 5. qnaest. 46. omnino videndum. Idem etiam docuit Janseinius penes Lessium in 3. part. D. Thomas, qnaest. 9. art. 2. dub. 2. mon. 20. præter Mollesium, Homobonum, Faustum, Anthonium de Litteratis, & alios, quos ego, ut dixi alibi, per extensum adduxi: quibus adde ex Societate Raynaudum de Martyrio; part. 2. cap. 3. num. 7. Virum doctum, & amicissimum.

7. Et idcirco Joannes Caramuel in Theol. moral. lib. 3. disp. p. 4. n. 1542. putat, Confessarium teneri hanc sententiam in praxim deducere: ita enim ait: [Præter votum, juramentum, præceptum, etiam proximi necessitatis cogit hominem mutare dictamen probabile. Non posse absolviri, qui nullum signum dederit, quo videatur actualiter petere Confessionem, sensis quidem probabilissime: tibi enim viti doctissimi consentientia: & tamen te peccaturum esse mortaliter, si non mutet dictamen, affero: cum moribundo, omnibus sensibus defituto, qui nullo signo exterioro Confessionem petit, occurris. Ratio est clarissima: ille enim est in extrema necessitate constitutus, in pericula exterina damnationis, & jure fraternae charitatis teneris eum adjuvare; si potes: ergo & teneris ipsum absolvere, id enim potes: quia tametsi non possis operari contra tuum dictamen, potes illud prudenter mutare, & opinioni probabili-

scribens, illi absolutionem concedere.] Ita ille. His tamen minimè obstantibus, puto sententiam supradictorum Authorum non esse omnino tenendam; sed omnino negativa sententia adharen- dum. Et ita docent communiter Doctores per ea, quæ alibi à nobis dicta sunt, & me citato, docet Alibi in Rè etiam Eminentissimus Cardinalis de Lugo de paenit. & §§. affi- gnatiss. in annos. pri- ma hujus Ref.

## RESOL. LXVI.

An Confessarius non solum posset, sed teneatur adhibere absolutionem in casibus supradictis; quia ex duabus opinionibus semper est eligenda illa que faciet penitenti; & quia in supradictis casibus Confessarius administrando Sacramentum cum opinione probabili, nullam illi injuriam infert. Ex parts 3. tr. 3. Ref. 9.

S. 1. **R**espondeo affirmativè, & ita docent Regius in resol. cas. conf. cas. 3. 9. num. 16. Turi-  
rianus de paenit. qnaest. 9. art. 2. disp. 30. dub. 1. Suarez  
tom. 4. disp. 2. 3. sect. 1. num. 15. Megala in 1. part. lib. 2.  
Victorianus cap. 11. num. 8. Joan. de la Crux in direct. part. 2. de  
Sacrament. Paen. qnaest. 3. dub. 8. comel. 2. Coninch de  
Sacram. disp. 7. dub. 10. num. 106. Memoriale Gręg.  
XV. de forma sacram. Paen. cap. 1. num. 17. Filiucus  
tom. 1. tract. 7. cap. 5. num. 123. Sylvius in 3. qnaest.  
9. art. 2. quaritur 4. Vasquez in 3. part. tom. 4. q. 91.  
art. 2. dub. 1. num. 3. 8. & alijs, quia cum hoc licite  
possit facere, vel ex charitate, vel ex iustitia (si  
ipsius paftor est) ad hoc obligatur; quod etiam ve-  
rum est respectu eorum, qui contrariam sententiam  
tenent; quia cum hanc sententiam possint in praxi  
tudo sequi propter suam probabilitatem, idque sit  
saluti moribundi valde expediens, aut etiam nec-  
cessarium, si solum sit attritus, ad hoc, ut diximus, vel  
ex charitate, vel ex iustitia tenentur. Igitur Sacer-  
dothes nolentes moribundum in tali cau absolvere,  
recte Vasquez ubi supra vocat reos, & necatores  
animatum.

Sup. hoc in  
Ref. præce-  
rita pro  
parte in §.  
Victorianus  
ad medium,  
vers. Neque-  
& in §. ülc.  
not. seq.

2. Non desinam tamen etiam hinc apponere sen-  
tentiam Montesuui in part. 2. disp. 26. qnaest. 5. num.  
245. & Joannis Sancii in selectis, disput. 44. nu-  
mer. 35. ubi sic ait: Advertendum quod licet opinio  
negans, posse per nutus, & signa penitentem in  
extremis constitutum absolviri, ne videlicet irritum  
sit Sacramentum, sit in favorem Sacramenti, &  
opinio affirmans, absolviri posse, sit in favorem fu-  
scipientis; ex dictis duabus opinionibus semper eli-  
genda est illa, que facet penitenti, cum Sacramen-  
ta instituta sint ut medecina suscipientium, unde  
Sacramentum iuri suo cedit, ut ita dicam, ex peri-  
culo irritationis exponi non aegre fert, & quod fa-  
luis spiritualis proximi magis tutu relinquitur fas-  
cepto Sacramento, quā si illud non ministretur, &  
ubi violatio charitatis imminet, aut Religionis,  
charitas amplectenda est, & hæc violaretur non ad-  
ministrando Sacramentum infirmo indigenti, ex  
administratione vero solum violaretur Religion. Ita  
Sancius.

Sup. hoc in  
tom. 8. tr. 1.  
Ref. 3. & in  
alii eius  
principiis nor-

3. Igitur eum aliquis perplexus est inter duo pre-  
cepta simul occurrentia, strictius erit adimplendum;  
sed cum magis obliget charitas, quam Religion, ergo  
in cau nostro tenetur Confessarius potius adhibere  
absolutionem in favorem penitentis, quam illam  
denegare in reverentiam Sacramenti; sed melius di-  
cendum est; quod in tali cau Confessarius adminis-  
trando Sacramentum cum opinione probabili, nullam  
illi injuriam infert, ergo tenetur ratione chari-  
tatis erga proximum ei illud administrare.

## RESOL.

## RESOL. LXVII.

*Sup. hoc in An quando Confessarius ex opinione probabili absolvit moribundum posse ei absolutionem prabere sine conditione? Ex part. 3. tr. 3. Resol. 10.*

*Ref. 3. § 2. in principio.*

\* Quae hic est iuxta Ref. 55.

**S. I.** Communiter Doctores afferunt absolutiōnem in tali casu dandam esse sub conditione, verū Vasquez in 3. part. tom. 4. quest. 91. art. 2. dub. 1. n. 39. in casu positio supra in \* ref. 1. putat conditionem illam esse supervacaneam; & hanc sententiam docet etiam Sancius in selectis disp. 44. numer. 32. ubi ita ait: Sequens opinionem, posse videlicet per signa absolvī penitentem, non tene-

*In indice primo hujus Tom. I. Vide Apendicem ad hunc Tract. IV. Ubi reperies alias multas questiones misas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Ref. que simul pertinent ad hunc Tract. IV. de Absolutione Sacramentali, &c.*

# TRACTATUS QUINTUS, DE ALIQVIBVS RESERVATIS, atque de eorum Absolutione.

## RESOL. I.

*An non solum in articulo mortis, sed etiam in periculo, possit quis eligere Confessarium non approbatum pro omnibus peccatis & censuris reservatis? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 71.*

*Sup. hoc supra in tr. 4. Ref. 39. & hic infra leg. Ref. 41. & alias ejus primæ nos. & signanter infra in p. 7. & in tom. 3. tr. 1. Ref. 41. §. Verum si aliquis & in tom. 5. tr. 1. ex Ref. 206. §. ult. à principio, & in 19. tr. 7. Ref. 26. per totam.*

**S. I.** EGATIVAM sententiam docent Sotus, Covarruvias, Graffius apud Finellum, ibi suprà, cum Cano, & Lebeda, quos citat & sequitur Joan. de la Cruz: putant enim distinguere articulum mortis à periculo, ita ut privilegium eligendi Sacerdotem non expostum pro confessione, sit solius articuli, non autem periculi.

2. Sed falluntur equidem, & ita affirmativam sententiam docet Finelli tract. de cas. reservatio- ne, cap. 8. num. 8. qui citat Henriquez, Abbatem, Angelum, Sylvestrum, Medinam, Victoriā, Navarrum, Philarchum, Sayrum, & alios; unde ipsi met adversarij hanc opinionem probabilem putant, & ideo Joan. de la Cruz in direct. conscient. part. 2. de Sacrament. Parit. quest. 5. dub. 1. concil. 2. sic affirmit: Probabile est, quod qui existit in periculo mortis, potest eligere in Confessorem, etiam non expostum pro omnibus peccatis, & censuris etiam reservatis. Ita ille. Et ratio præter alias ista erit, quia si periculum mortis ab articulo distinguamus, saepius contingit infirmum inabsolutum decedere, dum Confessarius morborum inexpertus nesciat articulum à periculo distinguere ac proprieas verum articulum non cognoscens, differat absolutionem, aut quia à reservatis credit adhuc absolvire non posse, aut expectare velii Parochum, vel alium approbatum Sacerdotem. Dicendum est igitur, quod mortis periculo idem privilegium tribuitur, quod vel in mortis articulo conceditur, unde ex his sequitur dubitatio.

## RESOL. II.

*An in articulo mortis, seu periculo possit quilibet Sacerdos absolvere ab omnibus peccatis, censuris, & reservatis?*

*Et an sub nomine Sacerdotum in hoc casu comprehendantur non approbati, excommunicati, suffragani, irregulares, degradati, heretici, cessante periculo perversionis, &c?*

*Et quid de simplici Sacerdote presente Parocho?*

*Et in §. ultimo hujus Resolutionis docetur, quomodo hæc sententia in periculo mortis, intelligatur,*

*Et quid si propria sponte quis periculum mortis adest, v. g. in bello iusto, maris longa navigatione, &c?*

*Ex part. 3. tr. 4. Ref. 57.*

**S. I.** Respondeo affirmativè ex Concilio Tridentino sess. 14. 4. 7. cum communī Doctrinā sententia, & sub nomine Sacerdotum in hoc casu comprehendantur non approbati, & expostiti, item suspenſi, irregulares, degradati, excommunicati, ac non tolerati, & contra Navarrum cap. 26. n. 26. etiam heretici cessante periculo perversionis, & ego, ut alibi dixi, puto probabiliter simplicem Sacerdotem posse in tali casu etiam præsente Parocho, à reservatis infirmum absolvire. Sed difficultas est pro praxi, quo tempore in periculo infirmitate posse Confessarius à reservatis absolvire? Respondent DD. non esse intelligendum ultimum vita spatiū, sed quodvis etiam probable mortis periculum. Sed hæc respondit adhuc manet in generalitate, itaque Sancius in select. disp. 1. 2. n. 5. docet absolutionem à reservatis possere impendi à prima dicti infirmitatis periculoferte doloris lateris, tabardilli, &c. Ita ille.

2. Notandum est tamen hic, quod ex Corduba Sanch. in tom. 2. lib. 2. cap. 12. n. 13. putat quad periculum mortis hanc sententiam procedere, quando videlicet quis non propria sponte, sed ex caula uestigata, seu morali necessitate coactus, tale periculum prætulit.